





1721
S. 5.

i jas. Davji Evangelium
Romulanum. 1600

2. Sigfr. Saccus de
Pontificiorum dubita,
tunc in negotio
justificationis.
1569

3. Georg. Major de origi-
ne et autoritate verbi
der. 1550

4. Andr. Schoppij
confutatior. Sebastian.
flapf. 1581

00
Be



DE ACADE-
MICA PONTI-
FICIORVM DVBITATI^NNE
IN NEGOCIO IVSTIFICATIO-
NIS, quæ omnem euerit FIDUCIAM
nitentem certissima promissione di-
uina & meritis Iesu
Christi.

CAPIT A L I-
BELLIVERSA PA-
GINA INVENIET
pius Lector.

SIEGFRIDVS
SACCVS.

EXCVSVM A MATTHAEO
GISEKEN TYPOGRA^FA
PHO MAGDE^BA
burgensi.

A N N O
1562.



CAPITA LIBEL.

L I S E X.

1. *Opinio potificiorum de dubitatione contra fiduciam Christianorum, que certo statuit credentibus peccata remitti.*
2. *Sententia nostrarum Ecclesiarum, quod nullo modo dubitandum sit de gratia Dei. Item, Collatio sententiarum utriusque partis, & quis sit status inter nos et pontificios.*
3. *Cause, propter quas pontificij suam opinionem tantopere tucantur.*
4. *Argumenta pontificiorum, ex ipsorum scriptis desumpta, quibus impiam hanc opinionem suffulcire conantur.*
5. *Firmæ probationes iuxta ordinem locorum topicorum, quibus fiducia Christianorum defenditur contra dubitationem pontificiam.*
6. *Confutatio obiectionum pontificiarum, iuxta ordinem fallaciarum, ex quibus desumptæ sunt.*



REVEREN^E
DIS ET AMPLISSI-
MIS VIRIS, NOBILITATE,
SRV DITIONE, VIRTUTE
& sapientia præstantissimis, Ecclesiæ metropo-
litanæ apud Magdeburgenses Canonis-
cis, dominis & patronis suis omni-
reuerentia cultu
venerandis.



INGENS DEI BE-
neficium est, quod his
postremis temporis-
bus in hac extrema &
delira mundi senecta,
lucem sacrosancti sui
verbi excitatam, in-
dies magis, magisq; propagauit &
contra portas inferorum clementer
conseruauit. Deinde quod filius Dei,
sedens ad dexteram patris, suamq; ex-
ercens potentiam, inter tot tantosq;

A 2 furo-

furores Diabolorum & pontificiorum
pro immensa sua bonitate verbi sui ve-
ritatem tanto latius propagat, quanto
illi crudelius insaniunt. Ita anno 1567.
Dominica prima Aduentus, Christus
Dominus noster, pauper & impotens
fanè (vt mundo uiderur) cum suo As-
ino in Ecclesiam hanc Metropolitanam
ingressus, Antichristo filio perdi-
tionis & mysterio iniquitatis ex cathe-
drali sua fede frementibus inferorum
portis, exturbato & Templo hoc ab
omnibus Idolomanis pontificijs re-
purgato, puram Euangelij Prædicati-
onem & legitimam Sacramentorum
administrationem inchoauit. Et hoc
tempore ditionem Brunsuicensem et-
iam à cultibus Idolatricis repurgare
cœpit. Ac speramus alios etiam hæc ex-
empla secuturos. Hæc sunt testimonia
filij Dei regnantis ad dexteram Patris,
Ecclesiam sibi per ministerium Euan-
gelij colligentis, & defendantis eam
contra omnium Tyrannorū conatus &
molitiones. Pro his beneficijs filio Dei
gratias toto pectore agamus, nec tre-
pidemus. Etsi enim in acie huius du-
cis



cis, aliqui fortasse, sed non sine æterna gloria, dum pro Verbi diuini veritate, cum Diaboli mancipijs congreidentes sanguinem suum profundunt, cadere videantur, certum tamen est, nostrum ducem victoria potiturum, triumphum gloriosum à deuictis hostibus reportaturum, & nobis, qui Christi castra sequimur, immarcessibilem æternæ gloriæ coronam repositurum esse. Hac fiducia nos sustentemus, nec abiectis armis tanquam transfugæ ad hostium castra declinemus, sed in uera fide & bona conscientia constanter perseverantes, diuinam & æternam atq[ue] glorio-sam liberationem expedemus. Interea puritatem doctrinæ ex fontibus Israel deriuatam propagemus, cum inter nostros auditores, tum ad posteros nostros, nec patiamur nos ullis anathematis, & persecutionum terriculamentis à veritatis professione absterreri.

Inter cætera vero in primis necessaria est doctrina de uera fide iustificante, seu de fiducia, quæ passione, morte, sanguine & merito Iesu Christi vnici

A 3 salua-



saluatoris nostri nititur , quæ ex gratia & misericordia Dei sine ullis nostris operibus gratis iustitiam propter Christum imputatam accipit. Ea fides fundamentum totius nostræ Religionis est ; quæ solius Dei misericordia & Christi merito nitens ianua ad uitam æternam rectissimè à Patribus dicta fuit.

Eam fidem furiosè oppugnant pontificij non quidem firmis scripturarum fundamentis , sed crudelibus anathematum terriculamentis , calumnijs , maliciofis recte dictorum depravationibus , gladijs , fustibus , laqueis , igne , aqua & omnibus suppliciorum generibus .

Opponunt autem sine scripturæ autoritate impiam & blasphemam dubitationem affirmantes non certò , utrum homo sit in gratia , statuendum , sed de gratia Dei dubitandum esse . Hoc quid aliud est , quam Deum arguere mendacij & præcidere hominibus salutem & vitam æternam ? Nam qui de

de Dei gratia dubitat ille, & Deum men-
dacijs arguit & iusto Dei iudicio semet-
ipsum in æternam desperationem præ-
cipitat. Deinde sine certa fiducia me-
ritorum filij Dei nemo ad vitam ingre-
di potest. Nec quisquam sine fide vn-
quam saluatus est, nec sine ea quisq; in
æternum saluari potest. Vnica enim
hæc salutis est ratio. Ac cum tantum mo-
menti sit hæc doctrina, qua nihil salu-
tarius proferri potest, merito eam to-
tis viribus defendimus, & dubitatio-
nenm pontificiam, qua nihil pestilentius
cogitari potest, ut commentum Dia-
bolorum, blasphemum in Filium Dei
profligamus.

De hac doctrina cum ex Synodo
Tridentina superioribus annis dubi-
tationis portentum anathematum ful-
minibus armatum denuo prodijset,
tractatulum hunc discipulis meis tra-
didi, non quidem eo consilio, ut publi-
caretur, Sed ut discipuli mei in vera
de fide doctrina confirmarentur, & du-
bitationem illam, seu ἐποχὴν pontifi-
ciam odisse & detestari discerent.

A 4 De-



Deinde cum eo tempore locos Topicos
& fallacias in Dialecticis explicasse, hanc materiam, ut haberent simul exemplum confirmationis & confutationis, iuxta præcepta Dialectices, proposui.

Præterea ostendere volui contra artium criminatores, omnino magnum artium in Theologia usum esse. Nam & in confirmationibus viam nobis ad veritatem indagandam patefaciunt. Et in confutationibus fraudes & imposturas hæreticorum detegunt, nec possumus sine artium adminiculo vel veras doctrinas ordine explicare, vel falsa dogmata luculenter confutare. Eam tractatiunculam ersi initio erudiendæ iuuentutis causa proposueram: tamen cum alijs etiam eam placere animaduerterim, passus sum ut in publicum prodiret.

Vobis autem Reuendis Viris nobilitate & virtute præstantibus hanc tractatiunculam dedicandam putaui, primum ut V. R. in ea doctrina, quam Dei beneficio per Spiritus Sancti gratiam, & illuminationem semel acceptis,



pistis, & publicè coram hoc Mundo
confiteri cœpistis, confirmarem. De-
inde ut ostenderem nos non Ecclesiæ
malignantium, quæ Christum & eius
verbum furiose persecutur, sed veræ
orthodoxæ, antiquissimæ & verè Ca-
tholicæ Ecclesiæ, quæ super fundamen-
tum Prophetarum & Apostolorum ædi-
ficata est, membra esse, & nos amplecti
illam doctrinam, cuius summa ex Pro-
pheticis & Apostolicis scriptis in con-
fessione Augustana compræhenditur,
& nos toto pectore abhorrire ab om-
nibus furoribus pugnantibus cum vni-
tata harum Ecclesiarum doctrina.
Oro autem Filium Dei, vt nos in hac
Doctrina, quæ nos ad Filium Dei vni-
cum nostrum Mediatorem & redem-
torem deducit, & vitæ æternæ hæredi-
tatem offert, clementer conseruet, vt
in omnem æternitatem Dei immensam
bonitatem cum gratiarum aetione
prædicare & celebrare possimus. A-
men. Magdeburgi anno 1569.
18. Februarij. Qui dies est concordiaæ,
quo Lutherus repurgator cœlestis do-
ctrinæ sanctæ memoriaræ ante annos 23.

A 5 ex



ex hac vita ad æternam consuetudinem concescit , & eodem die Noah secundam Columbam ante annos 3972. emisit ex Arca, quæ eodem die reuersaramum Oleæ deceptum rostro attalit, quæ dulcissima imago fuit spiritus Sancti, per prædicationem gratiæ ad Christum vnicum propitiatorium & arcam fœderis nos deducentis , in qua arca tuti sustentamur , ne diluvio & peccatorum nostrorum & iræ Dei submergamur .

V. R.

addictis:

Siegfriedus Sac-
cus.



DEFENSIO FIDEI CHRIS- TIANAE CONTRA D V- BITATIONEM PON- TIFICIAM.



Cerbissimæ sunt di-
fputationes inter nostram
& Papisticam Ecclesiam,
de fiducia & dubitatio-
ne. Nos ex uerbo Dei af-
firmamus requiri assen-
sum & fiduciam, qua cer-
to statuimus nos à Deo
recipi, peccata nostra uere remitti omnibus cre-
dentibus gratis propter Christum. At illi con-
tra affirmant neminem Christianum posse uel de-
bere certo statuere, quod sit in gratia, quod habe-
at peccatorum remissionem.

Ac ut ostendant se huius perniciosissimi dog-
matis propugnatores esse, ipsi Pontificij hoc titu-
lo suam Theologiam exornant, quod uidelicet sit
doctrina dubitationis, & uidetur sibi pulchre
sapere, si semetipso ut dubitationis professores,
& desperationis Doctores in orbe Christiano
diffamenti, cum nihil turpius eis obici possit.

Faten-

DEFENSIO FIDUCIA

Fatentur ergo ipsi Papisticam Theologiam
talem esse, quæ ueram, certam & firmam conso-
lationem territis conscientijs monstrare nullo mo-
do possit, quæ se homo in temptationibus erigere &
sustentare queat, sed talem esse, quæ in tentatio-
num fluctibus & in medio dubitationis pelago
fluctuantes relinquat conscientias, donec ad de-
sperationem adigantur.

Summa igitur, effectus & finis Theologiae
Papisticae est dubitatio & tandem desperatio.
Atq; hinc quam perniciosa sit doctrina illa, iudi-
cari potest.

Ob hanc causam Lutherus in 41. caput Ge-
neseos dicit: Etiam si nihil preterea peccatum fu-
isset in doctrina Pontificia, quam quod docuerunt,
nos debere uagari & fluctuare ambigentes et du-
bios de remissione peccatorum, gratia & salute
nostra, Iustas tamen haberemus causas, cur ab Ec-
clesia infideli nos sciungeremus. Tomo Ienensi
4. 122. in Epist. ad Gal. cap. 4. appellat pesti-
feram opinionem & pestilentissimam opinionem,
quæ totum mundum deuorat, monstrum incerti-
tudinis superans omnia monstra, pestem incerti-
tudinis, & horitur iuniores, ut uitent illam o-
pinionem, quod facilius possint hoc præstare,
præserim cum non sint ea infecti, sicut seniores &
prima pueritia imbuti & assuefacti fuerunt.

Deinde



CONTRA DVBI. PONTIFI.

Deinde hortatur, ut agamus Deo gratias, quod
ab hoc monstro incertitudinis liberati simus.

Ac cum pestilentissimum sit dogma illud, pro-
dest iuuentutem muniri contra uentum illud Pa-
pisticum. Tradam igitur capita, quæ præcipue in
hac explicatione necessaria uidentur.

Præcipue autem obseruanda sunt sequentia
capita.

1. Quæ opinio sit Papistarum.
2. Quæ sententia nostrarum Ecclesiarum, &
 quis sit status inter nos & Papistas.
3. Cur hanc sententiam tucantur.
4. Quibus fundamentis conentur eam sufful-
 cire.
5. Rationes contrariae quibus dubitatio con-
 futatur.
6. Confutatio objectionum Papistarum.

C A P V T I.

De sententia Papistarum.

Sicut semper docuerunt & defenderunt dubi-
stationem in pernitiem & suam & aliorum.
Ita in proximo concilio Tridentino eam repetiue-
runt aliquot capitibus.

Ita



DEFENSIO FIDUCIA

Ita sessione sexta Cap. 9. fol. 51. titulus
contra inanem hæreticorum fiduciam ponitur.

Intelligunt autem per hæreticos Lutherum,
qui doctrinam illam profidentur, quam Lutbe-
rus incenarrabili Dei beneficio ex tenebris Pon-
tificijs repurgatam in lucem reduxit. Fiduciam
intelligunt illam, quam nos tertiam fidei partem
appellamus. Dicimus enim præter noticiam etiam
assensum & fiduciam requiri. Hanc fiduciam ipsi
ut inanem & hæreticam anathemate ex Ecclesia
explodunt.

Primum igitur ex hoc titulo animaduertit pi-
us Lector repudiari & damnari à Pontificijs fi-
duciam tanquam inanem & hæreticam, & non
tantum eos loqui de fiducia uel persuasione, quæ
sine uerbo uel contra uerbum concipitur, sed de
illa, quam omnes Prophetæ, Christus & Apostoli
Ecclesiæ tradiderunt, & quam nos ex uerbo Dei
firmissimis argumentis confirmatam Pontificio-
rum dubitationibus opponimus.

Deinde sublato firmo assensu & certa fiducia
substituunt dubitationem impiam & blasphemam,
id quod ex capite 9. manifestum est.

Primum autem concedunt necessarium esse
credere, neq; remissa unquam fuisse peccata, ni-
si gratis, diuina misericordia, propter Chri-
stum.

Hic

CONTRÀ DVBI. PONTIFI.

Hic eadem uerba ponuntur, quibus nos ex uerbo Dei utimur, cum de efficiente, tum de instrumentalí causa iustificationis.

Ponunt enim diuinam misericordiam, que causa efficiens est iusticie nostræ, & quod gratis propter Christum peccata remittantur.

Postea ponunt instrumentalem fidem, quod uidelicet necessarium sit illa credere, quod propter Christum gratis diuina misericordia peccata remittantur. Ita pontificij fidem quidem ponunt, sed qualem intelligent fidem, sequentia declarant.

Mox subiicitur qualem intelligent fidem, videlicet, que sit sine fiducia misericordiae diuine & sine certitudine R. P. Sic enim in capite sequitur: Nemini tamen fiduciam & certitudinem remissio- nis peccatorum suorum iactanti & in ea Sola quiescenti peccata dimitti uel dimissa esse dicendum est.

Hic quod altera manu dederunt, altera denuo eripiunt, nec fidem tantum ueram repudiant, sed etiam causam efficientem pedibus conculcant.

Primum enim adimunt fidei, quam initio con- cesserunt, fiduciam. Adimunt & certitudinem R. P. Talem ergo fidem necessariam dicunt, que sit sine fiducia, sine certitudine, sine firmo assensu.

Fides autem sine fiducia, sine certitudine, sine assensu firme, nuda tantum, generalis, historica

atq;



DEFENSIO FIDUCIA

atq; adeo Diabolica est fides. Que opinio si uera est, nihil diabolis ad iustitiam impetrandam deest, cum in ipsis historiæ noticia multo sit excellenter, quam in ullo homine esse potest. Illud autem desideratur in Diabolo, quod et si norit totam historiam Christi, & certo statuat ueram esse promissionem, tamen sibi in specie eam applicare & fiduciam in hanc promissionem collocare non potest. Ac sicut Diabolus specialem hanc fiduciam in Christum collocare nullo modo potest, ita etiam filijs suis dilectis Papistis non permittit, ut degenerent a patre suo Diabolo, neuerè fiduciam in Christum collocent, certoque R.P. se per Christum accipere sperent. Atq; hinc cuius sint ipsi filii, perspicuum est.

Hæc diligenter obseruanda sunt, ut intelligamus, quomodo ludant Pontificij usurpantes scripturæ uerba, cum genuinum uerborum sensum adeo non ferant ut & igne, & laqueo & gladio persequantur. Sicut Crocodilus uocem humanam nonnunquam imitari scribitur, ut hac ratione alleatos deuoret: Ita ipsi Ecclesie uerba nonnunquam sonant, ut simpliciores deceptos deglutiunt. Concedunt fidem necessariam esse, non quidem illam, quam Prophetæ, Christus & Apostoli docuerunt, sed quam Diabolus in Ecclesiam malignum introduxit.

Conce=



C O N T R A D V B I . P O N T I .

Concedunt fidem tantum generalem, histo-
riam, incertam, dubiam, diabolicam. Fidem ve-
ram, certam, firmam, specialem, quæ sibi promissio-
nem applicat & certo statuit sibi quoq; peccata re-
mitti, eam damnant & longissime ab omnium pio-
rum cordibus remotam volunt.

Volunt igitur tantum qualemq; historię
noticiam esse, certo autem assentiri verbo Dei, cer-
to statuere promissionem esse veram, vniuersalem,
omnibus credentibus communem & salutarem, fir-
ma fiducia in promissione acquiescere, id vero non
permittunt. Ponunt misericordiam Dei, sed ana-
themate prohibent, ne quis confidat in misericordia
Dei.

Non aliter faciunt, quam si quis thesaurum
monstret eximium & tamen capitis periculum mi-
nitetur, si quis vel attingat, vel vnum teruncium
inde auferat. Nec tantum veram fidem ex Eccle-
sia proscribunt, sed etiam Christum cum omnibus
suis beneficijs conculcant & tanquam latrones &
raptore duimitatis Christum debito honore spo-
liatum inclementer tractant.

Ponunt quidem propter Christum peccata
dimitti, sed addunt acquiescenti in sola fiducia ne-
mini peccata dimitti vel dimissa esse. Nolunt sola
misericordia Dei niti. Nolunt solo Christo & ei-
us beneficijs niti. Alia habent, ut opinantur, me-

B liora



DEFENSIO FIDUCIA

liora & firmiora presidia, quibus in iudicio Dei
nisi possint. Quid hoc aliud est, quam spoliare
Christum debito honore, imo repudiare Deum,
misericordiam Dei, Christum & omnia beneficia
Christi?

Hęc est orthodoxa & Catholica illa Pontificiorum de Iustificatione doctrina, ad quam omnes homines vel anathemate cogere conantur.

Docent peccata dimitti gratis misericordia
divina propter Christum, sed neminem tamen vna
quam repertum esse, cui in sola fiducia misericordie
acquiescenti peccata sint dimissa.

Deinde docent necessarium esse credere, hoc
est, nosse historiam, sed fiduciam nullo modo in misericordia Dei collocandam esse.

3 Addunt rationem quamobrem certam fiduciam in Christum damnent. Quia inquiunt, apud hereticos & Schismaticos fiducia potest esse vana & ab omni pietate remota.

Quam stulta & absurdā hęc sit ratio vel
infantes propemodum animaduertere possent.
Fiducia apud hereticos potest esse vana.

Ergo omnis fiducia est vana:

Sed de hac ratione infra dicetur.

4 Sicut fiduciam tanquam inanem, vanam ab
omni pietate remotam, hereticam & schismatice
repudiant: Ita in antithesi dubitationem ponunt, &

itc

CONTRA DVEI. PONTI.

Ita quidem ut inter virtutes eam numerent atq;
deo non ultimo loco, sed inter praecipuas & maxi-
mè necessarias atq; salutares virtutes. Negant
enim afferendum esse, quod oporteat eos, qui etiam
reverè iam iustificati sunt, absq; illa omnino dubita-
tione apud semetipos statuere, sese esse iustificatos.

Volunt ergo iustificatos non credere, quod
sint iustificati, sed dubitare utrum sint iustificati vel
non iustificati, utrum sint in gratia vel sub ira Dei.
Utrum futuri sint participes vita eterna, vel
eternæ damnationis. Hoc est, cum iam beneficium
gratuitæ remissionis peccatorum nobis ex immensa
misericordia Dei collatum est, tamen nequaquam
statuendum est, quod sit collocatum, sed dubitan-
dum, quasi non sit collatum, quasi nihil beneficij
a Deo accepimus, quasi non sit nobis propius,
quasi nos abiecturus nihilo minus sit in eternas
poenas.

Hæc scilicet doctrina ad gratiarum actionem
inuitabit egregie. Quomodo pleno pectori
gratias Deo agere possumus pro immensis benefi-
cijs, si dubitamus, utrum aliquid beneficij ab eo ac-
cepimus?

Si quis princeps pauperi donans centum aria-
reos, iubeat eum ex hac munificentia iudicare de
sua erga ipsum liberalitate.

B

Pauper



DEFENSIO FIDUCIA

Pauper autem quamvis verba principis audiatur, munus oculis suis coram aspiciat & ambabus manibus accipiat, dicat tamen se dubitare de principis liberalitate, de exhibito beneficio & se esse ne Christum certum sit, quod beneficium accepit vel non accepit.

Hic inquam an non insigni contumelia liberalissimum principem affecerit & suam ingratitudinem strenue declarauerit?

In politicis turpisimum est non agnoscere beneficia et dubitare de voluntatibus eorum qui nos beneficijs exortant. Deinde non prestare debitam gratitudinem. At isti in spiritualibus, ijsq; maximis beneficijs iubent dubitare tanquam incertum sit, vtrum aliquid beneficij a Deo accipiamus vel non accipiamus. Illa dubitatio de accepto beneficio, quid aliud est quam species mendacij & iniusticie?

Ac reuera mendaces ac iniusti & contumeliosi in Deum sunt, qui de exhibito iam iustificatis beneficio dubitant.

Ut clarius dicant, quod volunt addunt, neque hoc afferendum vel docendum esse in Ecclesia, neminem a peccatis absolui, & iustificari, nisi eum,

qui certo credat se absolutum & iustificatum esse?

In antithesi ergo contendunt, Aliquos absoluunt a peccatis & iustificari, qui non certo credunt se

absolutos



CONTRA DUBI. PONTI.

absolutos & iustificatos esse, hoc est, etiamsi dubitent, tamen nihilo minus iustificari. Sicut igitur in proxima propositione postulant dubitationem in ijs, qui iam iustificati sunt: Ita nunc subiiciunt absolitionem à peccatis & iustificationem continere dubitantibus de gratia Dei & non illis, qui certò credunt se absolutos & iustificatos esse. Tollerunt igitur fidem ex Ecclesia & gehennam minantur credentibus, quibus Deus gratiam suam & vitam eternam pollicetur. Econtra promittunt illi vitam eternam dubitantibus & incredulis, quibus Deus eternam damnationem comminatur.

Tribuunt dubitationi, quod tribuendum erat fidei, & admundunt fidei, quod admendum erat dubitationi. Faciunt dubitationem instrumentum iustificationis & fidem instrumentum seu medium condemnationis. Inuentunt & pervertunt totam doctrinam iustificationis & aliam sibi fabricant, quæ cum verbo Dei ex diametro pugnat.

6 Postquam fidei ademerunt, quod absolutio à peccatis & iustificatio non credentibus, sed dubitantibus debeatur, iam hoc etiam detrabunt, quod absolutio & iustificatio non sola fide perficiatur. Negant igitur Solam fidem esse instrumentum apprehendens iusticiam & alia substituunt media



DEFENSIO FIDUCIA

atq; instrumenta, per quæ se participes vite futuros somniant.

7 Quamvis nolint certo credendum esse, utrum quis iustificatus sit & expresse iubeant dubitare de iustificatione, tamen addunt, eum qui dubitat, utrum à peccatis absclusus & iustificatus sit, & etiam si non credit hoc, tamē propterea non dubitare eum de promissis Dei, de mortis & resurrectionis Christi efficacia. Dubitat igitur incredulus & non dubitat. Non dubitat de promissis Dei & de mortis & resurrectionis Christi efficacia: dubitat autem utrum ipse à peccatis absoluatur et iustificetur.

8 Addunt igitur hanc distinctionem, quod de Dei misericordia, de Christi merito & de sacramentorum virtute & efficacia dubitare nemo pius debeat. Econtra quod dubitare posuit de sua gratia, hoc est, an ipse particeps fiat misericordiae Dei & meriti Christi, an virtus & efficacia sacramentorum etiam ad se pertineat.

Hic denuo inculcatur, quod antea dictum est, docent tantum generalem fidem & specialem damnant. Concedunt generaliter credendum esse Deum esse misericordem, Christū meritum esse iusticiam, sacramenta esse efficacia, sed in specie non esse haec credenda.

Non debere quemlibet ad suum individuum applicare promissionem misericordie & statuere
se



CONTRA DVBI. PONTI.

se etiam partipem fieri misericordie Dei & me-
riti Christi, in se etiam efficacia esse sacramenta. In
genere esse credendum: in specie vero esse dubitana-
tandum. Generaliter misericordiam Dei esse cer-
tam, sed specialiter applicationem esse incertam.
Generalem igitur fidem permittunt & specialem
dubitatem postulant.

9. Causam simul implicant, cur specialis dubitatio sit necessaria. Quia, inquit, quilibet dum se ipsum, suamq; propriam infirmitatem & dispositionem respicit de sua gratia formidare & timere potest.

Hoc est, et si in genere Deus misericors & Christus saluator & sacramenta efficacia sunt, tam in specie, quia nos infirmi & ad gratiam accipiendam indispositi sumus, formidare & timere possumus, an etiam NOBIS infirmis & indispositis misericordie Dei, meritum Christi & efficacia sacramentorum prodeesse possit. Volunt igitur, ut non ad Dei gratiam, sed ad nostras qualitates, dignitatem, firmitatem, dispositionem & præparationem respiciamus, ac si animaduerterimus in nobis qualitates dignas, opera & merita digna, dispositionem & præparationem sufficientem, tum primum de iustificatione statuendum esse, quod precipiunt ipsis. Cum vero illa non depræhendimus in nobis satis digna & sufficientia, dubitandum

DEFENSIO FIDVCIA

esse de speciali gratiae diuinae applicatione. Non igitur iustificatio in gratia Dei & merito Christi sed in nostra dispositione, præparatione, qualitatibus, dignitatibus, & operibus constituitur. Atq; bac antiquus viridi latet anguis in herba. Hoc est quod totum Pontificij regnum crepat, non gratis nos iustificari, sed proprijs meritis. Obseruetur quoq; vox timere potest, non dicunt timere debet, & tamen dubitationem anathemate postulant.

Atq; ita promissionem Euangelicam transformant in legalem, categoricam in Hypotheticam & conditionem nostræ dignitatis & perfectionis annexunt, que longissime à promissione Euangelica remota esse debet. Quia gratuita est, nostræ perfectionis conditio non requiritur. Iugum sibi imponunt, quo per meritum Christi liberati erant. Atq; ita Euangelium in legem penitus transmutant cum pernicie & sua & aliorum.

10 Subiungitur & alia causa specialis dubitationis. Quia inquiunt: Nullus scire valet certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Affirmant igitur uniuersaliter, neminem ex fide posse certum esse, an sit Dei gratiam consecutus, cum ob illam ipsam causam gratuita promissio proponatur, ut fide eam apprehendentes certius de gratia Dei.

Hec

CONTRA DVBI. PONTI.

Hæc ex capite nono de Papistica dubitatione
ne colligi possunt. Postea in sequentibus capitibus
plura adiiciuntur, quæ ipsa quoq; buc annumerabim
us.

11 In capite 12. ponitur titulus: Prædestina
tionis temerariam presumptionem cauendam esse.
Fiduciam igitur temerariam prædestinationis præ
sumptionem esse censem, ac Postea in capite illo
sequitur: Nemo quoq; quam diu in hac mortalita
te viuitur, de Arcano diuinae prædestinationis
Ministerio vñq; adeo presumere debet, vt Cer
tò statuat se omnino esse in numero prædestinato
rum, quasi verum esset, quod iustificatus, aut am
plius peccare non posset, aut si peccauerit, certam
sibi resipiscientiam promittere debeat.

Volunt igitur Christianos non configere ad
Reuelatam Dei voluntatem, ad promissionem
per Prophetas, Christum & Apostolos ex arca
no sinu patris prolatam, sed vt disputent secum
de arcana voluntate Dei, de arcano prædestina
tionis mysterio, vtrum sint prædestinati, vel
non prædestinati. Ac intempestivè miscent doctrinam
de prædestinatione iustificationi ac ita qua
dem, vt in perpetuas dubitationes abducant con
scientias afflictas & eas in immenso illo &
profundissimo dubitationum mari submergant &
suffocent.

B S

Nec



DE PENSIO FIDUCIA

Nec considerant aliud esse arcanum myste-
rium Dei et reuelatam voluntatem Dei. Habemus
expressum verbum in quo voluntas Dei Euange-
lica reuelata est, secundum quam iubemur cum si-
ducia accedere ad thronum gratiae, & fiducia mi-
sericordiae diuinae certam spem vitæ aeternæ ex-
pectare. Nec opus est nobis speculari de voluntate
non reuelata. Hæc voluntas reuelata est, quod
omnes credentes verè debeant participes fieri vitæ
aeternæ, non secundum suas qualitates, sed secun-
dum gratuitam misericordiam Dei. Huic imitens
dum est sine vila dubitatione.

12 In eodem capite addunt hanc dubitationis
causam, quod nemo de salute sua certus esse posset,
nisi specialem aliquam reuelationem acceperit.
Nam (inquiunt) nisi ex speciali reuelatione sciri
non potest, quos Deus sibi elegerit. Hæc quoq; opi-
nio falsissima est. Non debent Christiani peculiares
reuelationes expectare sicut Enthusiastæ raptus
suos fingunt, sed verbo reuelato inniti & ei acqui-
escere debent.

13 In cap. 13. hanc adducunt causam: per se-
uerantie munus non in hominis, sed in Dei potesta-
te constitutum esse. Ideoq; hominem non posse
absoluta certitudine sibi aliquid polliceri. Item alle-
gant quedam dicta: Qui se existimant stare, vide-
ant ne eadant.

Item



C O N T R A D U B I . P O N T I .

Item cum timore operentur salutem suam
in laboribus, &c.

Item in spem glorie et nondum in gloriam
vocatos esse.

Item adhuc versari nos in pugna cum carne,
mundo et diabolo, in qua non fieri possint victores,
nisi cum Dei gratia.

Item si secundum carnem vivant, morituros
&c. Hec et alia tanquam dubitationis fundamen-
ta allegant.

14. In cap. 15. Affirmant quolibet peccato mora-
tali amitti gratiam, sed non fidem.

Talem igitur fidem fingunt, quae cum pecca-
to mortali stare possit.

15. Tandem quasi probe confirmata dubitatio-
nis opinione anathemata cumulant, ac canone 13.
dicitur. Si quis dixerit: omni homini ad remissi-
onem peccatorum assequendam necessarium esse,
ut credat certo et absq; illa hæstinatione propriæ
infirmitatis et indispositionis, peccata sibi remissa
esse, anathema sit.

Canone 14. Si quis dixerit hominem a pec-
catis absolui ac iustificari ex eo quod se absolui et
iustificari certo credat aut neminem vere esse iusti-
ficatum nisi qui credat se esse iustificatum et bac so-
la fide absolutionem ac iustificationem perfici et
anathema sit.

Canone



DEFENSIO FIDUCIA

Canone 15. Si quis dixerit hominem rendum & iustificatum teneri ex fide ad credendum, se certò esse in numero prædestinatiorum, anathema sit.

Canone 16. Si quis magnum illud usq; in finem perseverantiae donum se certò habiturum absoluta & in fallibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali revelatione didicerit, anathema sit.

Hactenus ex decretis concilij Tridentini ostensum est, quæ sit Pontificiorum de dubitatione sententia, quibus rationibus eam suffulcire conentur, & quæ anathemata in eos vibrant, qui certam in credentibus fiduciam requirunt.

Eadem est sententia Andradij, qui ut interpres concilij suas passim declarationes addit.

Ac primum quid sibi velint, ostendit, quando indispositum ad gratiam aliquem esse dicunt. Euangeliū, inquit, docet eos, qui sincera fide & ardenti caritate Deum prosequuntur, consequi iustificationem: An vero ea omnia habeam quæ ad iusticiam comparandam sunt necessaria, Euangeliū minime afferit.

Coniungit fidem & caritatem & per hec iusticiam contingere hominibus afferit, sed ita, si quis habeat in seipso omnia quæ ad comparandam iusticiam necessaria sunt, si præcesserit talis & tanta



C O N T R A D U B I . P O N T I .

Ex tanta dispositio, preparatio & dignitas, que sufficiat ad comparandam iusticiam.

Item fides mea potissimum debet in Christo querere, ut ego saluer. An vero eam operam ad iusticiam consequendam, quam oportebat, adhibuemus, ex fide non accepimus.

Item ego nulla ratione dubito, mihi ad iusticiam aditum patere, si sincera fide veraq; penitentia ad diuinæ gratie thronum accessero, sed an id vere & integrè aliquando prestiterim, constare mihi recte nunquam potuit.

Item multa sunt peccata ipsis etiam peccatoribus adeo occulta, ut illa internoscere nullo modo possint. Cum igitur nemo scire possit, an aliquo sit criminis implicatus, cuius nulla ratione sit conscientius, quomodo certo credere potest, se iam esse iustificatum.

Adducit dictum Cypriani de quo infra dicetur.

Item Spem fallere posse.

Spem habere aliquam dubitationem coniunctam & implicatam.

Sic concedit Andradius iustificationem contingere credenti sed nemini applicari nisi satis ad eam suscipiendam sit dispositus, nisi satis habeat operum, nisi satis magna sit operum præstantia, nisi præparatio sit sufficiens, nisi omnia opera pœnitentiae



DEFENSIO FIDUCIA

nitentiae vere & integre præstiterit, que ad suffi-
cientem præparationem requiruntur.

Relinquit igitur & hic conscientias in dubia-
tionibus quibus oppresse in æternum exitium
præcipitantur.

Iesuitæ dicunt, spei proprium esse posse fallere.
Ideo spem incertam & fidem dubiam postulant.

Eandem sententiam Petrus Maluenda Hispa-
nus Caroli V. concionator & prouincialis in infé-
riori Germania defendere conatus est in colloquio
Ratisbonensi anno 46. sicut ex actis colloquijs Ratis-
bonensis appareret, ubi haec verba recitantur.

Etsi certum sit omnia peccata, que vlo vñ-
quam tempore remissa sunt, aut remittuntur per
sanguinem propiciacionis remitti: tamen cum quis
firmiter & certo statuit sibi esse remissa peccata,
non habens conditionis sue & infirmitatis ratio-
nem, iudicio magis temerario, quam scripture au-
toritate ducitur.

Et Louanienses. Fides, quia quis firmiter
credit, & certo statuit, propter Christum sibi re-
missa esse peccata, seq; possessorum vitam æternam,
nullum habet in scripturis testimonium, in quo ei-
dem aduersatur. Etiam si firma & certa spe ex-
pectare debemus, in hac quidem vita per Sacra-
mentum



CONTRA DUBI. PONTI.

mentum Baptismi et penitentiae, Remissionem peccatorum, in seculo autem futuro vitam eternam.

Lutherus Tom. I. Ienensi fol. 576. articulo
9. ex propositionibus Louaniensium.

Aliqui per similitudinem dubitationem persuadere conantur. Sicut enim pater inquiunt, suam bencuolentiam erga liberos et seruos nonnumquam disimulat, ne securi fiant. Ita Deus suam gratiam non vult esse certam, ne credentes securi fiant. Sed ea similitudo nec promissionis, nec fidei certitudinem euertit, sicut ex loco confirmationis apparebit.

Alphonsus de castro Zamorensis in libris contra hereses lib. 7. f. 136. in heresi tertia. Vbi assertit heresim esse doctrinam Lutheri de certitudine fidei.

Tertia heres docet, omnem hominem iustum scire se esse in gratia et esse certum de sua iusticia.

Hosius Cardinalis.

Ex quo videre licet, quam falsum sit Lutheranum illud Axioma: Cuius homini ad peccatorum remissionem consequendam esse necessarium, ut firmiter, credat certoque statuat, absque ultra hesitatione propriæ infirmitatis, et indissolutionis esse peccata sibi remissa.

Nulla



DEFENSIO FIDUCIA

Nulla potest esse apud Deum maior abominatio, quam sit hæretorum tanta præsumptio.

Idem de autoritate scripturæ fa. 218.

Noli putare Brenti, quod sine causa Deus, sicut extremi iudicij diem ita iustificationem quoq; nostram, gratiaq; consecutionem nobis non esse certissimam voluerit, imbecillioribus enim ista certitudine superbia quedam esset occasio. Nam si quis persuasum habet, apud Regem aliquem seu principem se esse in gratia, quantilibet animi sua affectionibus imperare sciat, effugere tamen vix potest, quin efferratur animus. Estne veri simile quod quiuis de vulgo, si certe scire queat, se esse in gratia apud Deum, ab hoc elationis criminè sibi cauere possit.

Idem de hæresibus nostri Temporis

fa. 23.

Ita ut docere, necessarium esse vnicuiq; ad salutem consequendam, ut firmiter credat, certoq; statuat, sibi propter Christum peccata esse remissa, se esse in gratia Dei, se certo possessorum regnum cœlorum, nisi aliud sit quam docere, nullas esse gehennæ poenas impijs constitutas.

Proabant eandem opinionem & ex vetustis ribus.

Lyra in Ionam cap. 3.

Omnia in futurum seruantur incerta, tunc enim manifeste videbitur quos diligit & quos odit,
et licet



CONTRA DUBI. PONTI.

Et licet homo non possit scire certitudinaliter de seipso & multo minus de alio, via humana, utrum sit dilectus a Deo, an non, potest tamen habere alicuiam coniecturam, ut potè si non sit peccati mortalis sibi conscientius & ad implendum Dei mandata sit uoluntarius. Potest etiam scire certitudinaliter reuelatione diuina, sicut reuelatum est aliquibus Sanctis ex speciali gratia ad eorum consolationem.

Thomas de Aquino, singit Pauli certitudinem ex peculiari reuelatione esse.

Burgensis Psalmo 139.

Nullus scit de lege communi certitudinaliter se esse in gratia.

Non immerito igitur nostri hanc opinionem Papistis obiciunt, cum in eorum decretis & interpretationibus paßim reperiantur. Luherus in Epist: ad Gal. cap. 4. Tomo 4. Ienensi 122. Hec dico pro confutanda Sophistarum & Monachorum pernicioſa doctrina quam docuerunt & statuerunt, uidelicet, neminem certo posse scire, etiam si pro uirili sua bene operetur & in culpatè uiuat, utrum in gratia sit. Et ista sententia uulgatissima & receptissima fuit principum & Articulus quidam fidei in toto Papatu, quo doctrinam fidei prorsus obruerunt, fidem euerterunt, conscientias perturbarunt, Christum ex Ecclesia

C. sustule-



DEFENSIO FIDUCIAE

sustulerunt, omnia beneficia & dona spiritus sancti obscurarunt & abnegarunt, uerum cultum Dei abrogarunt, idolatriam contemptam & blasphemiam Dei in cordibus hominum exercent. Nam qui de uoluntate Dei erga se dubitat, & non certato statuit, se esse in gratia, is non potest credere, se habere remissionem peccatorum, se Deo curere esse, se posse saluari.

Ibidem. Absit, aiunt, ut certo statuam, quod sim in gratia, quod sim sanctus, quod habeam spiritum Sanctum, etiam si sancte uiuam, & omnino faciam. Hanc impiam opinionem, inquit, qua totum regnum Papae nititur; ut nocentissimam pestem uos iuniores fugite. Quia ea nondum imbuti estis. Nos senes in ea a puero educati sumus, eamq; ita imbibimus, ut coaluerit in imis uisceribus cordis nostri. Ideo non minore labore dedicamus eam, quam fidem discimus.

Ex his intelligi potest, quae Papistarum de dubitatione, quam ut necessariam in iustificatione sublata fiducia postulant, sit sententia.

CAPVT II.

De nostra sententia, & quis sit statutus inter nos & Pontificios.

Pontio



CONTRA DVXI. PONTIFI.

Pontificij docent non certo statuendum sed dubitandum esse, utrum credens sit in gratia, utrum habeat Deum propitium, utrum habeat spiritum Sanctum, remissionem peccatorum, utrum sit iustificatus coram Deo.

Nos contra docemus non esse dubitandum, sed certo statuendum, quod credens sit in gratia, quod habeat Deum propitium, quod sit iustificatus coram Deo, propter Christum.

2. Illi hanc fiduciam dicunt Hæreticam & schismaticam. Nos contra dicimus eam esse orthodoxam & cum scriptis Prophetice & Apostolice consentaneam.

3. Illi dicunt nemini peccata dimitti uel dimissa esse, qui certa fiducia in promissione & beneficijs Christi acquiescit.

Nos contra docemus omnibus certa fiducia in promissione & Christi beneficijs acquiescentibus peccata dimitti, dimissa esse, & donec Ecclesia durabit, dimittenda esse.

4. Illi docent fidem generalen, nos specialem. Illi à fide excludunt firmum assensum & fiduciam certam, nos includimus & dicimus sine fiducia non esse salutarem fidem.

Illi fidem historie, nos applicationem docemus.

5. Illi iustificationem adiungunt certo credentibus, eam ipsam ob causam, quod se absolutos &

C 2 iusti-



DEFENSIO FIDUCIAE

iustificatos credant. Nos docemus hoc unicum esse instrumentum, quo absolutio à peccatis & iustificatio apprehenditur.

6. Illi docent in genere de promissis Dei, de efficacia mortis & resurrectionis Christi non dubitandum esse, sed in specie de applicatione ad individua dubitandum esse. Nos contra docemus, de neutro dubitandum esse.

7. Illi anathemate damnant certo statuentes se iustificatos esse. Nos contra eos à peccatis absolutos esse affirmamus, qui se iustificatos esse certo statuunt.

8. Illi dubitationem inter virtutes numerant. Nos blasphemiam in filium Dei esse dicimus.

Hæc obscuranda sunt, ut qui status disputationis sit, animaduerti queat. Multa enim Papistæ miscent, ut confusis materijs statum transferant aliò.

Ita obiciunt fidem hæreticorum.

Nos non de fide hæreticorum disputamus, qui impias opiniones cum uerbo Dei pugnantes amplectuntur.

Nec de fide Hypocritica seu de Epicurea persuasione, quæ scelerum impunitatem promittit illis, qui in peccatis contra conscientiam persecutant.

De

CONTRA DUBI. PONTI.

De hac fide hypocritica, seu de epicurea per-
suasione, quando homines scelerati perseveran-
tes sine ulla poenitentia in sceleribus contra con-
scientiam, statuunt sese nibilo minus iustos esse co-
ram Deo, disputant Pontificij & contendunt ma-
gnis clamoribus, impoenitentes hypocritica illa si-
de non iustificari & accusant nostras Ecclesias,
quasi doceamus, hominibus sceleratissimis, & in
peccatis contra conscientiam perseverantibus
erò statuendum esse, quod uere sint coram Deo
iusti & quod peccata contra conscientiam iustifi-
cationem nibil impedian. Hec quam atrocia sint
mendacia, nemo non uidet. Dicunt aduersarij,
sed non probant. Monstrant nobis certa loca in
scriptis eorum, qui puritatem doctrinæ in lucem
reducerunt, ubi docuerint Hypocritas & Epia-
cureos perseverantes in sceleribus contra consci-
entiam certo statuere debere, quod uere sint coram
Deo iustificati. Non poterunt autem monstrare
huiusmodi paradoxā, cum nostra doctrina de fide
ex diametro cum impia & blasphemā illa opinio-
ne pugnet. Contra dubium pontificis

Coniungimus enim doctrinam de fide cum do-
ctrina de uera contritione, de agnitione peccato-
rum, qua homo agnoscens sua peccata uere expa-
nescit & dolet de peccatis admissis. Postea uero
fide seu fiducia misericordiae diuinæ sese erigit &
statuit

DEFENSIO FIDUCIAE

statuit sibi paenitenti & peccata agnoscenti peccata condonari, non quidem propter contritionis dignitatem & sufficientiam, sed propter sufficiens $\lambda\bar{u}t\zeta o\pi$, passionem, mortem & preciosum sanguinem Iesu Christi. Ac quia impossibile est ueram fidem esse sine fructibus, docemus ex hac si de sequi omnis generis bona opera, sicut fructus ex bona arbore necessario sequuntur & quatenus bona opera non sequuntur, affirmamus fidem falsam & Hypocriticam esse. Ita non minus epicuream persuasionem quam academicam dubitationem repudiamus. Vtracq; enim extrema uitiosae & hominum saluti pernicioса sunt. Hec cum in omnibus propemodum pagellis ad tedium usq; inculcentur, & in singulis ferè concessionibus repeatantur, quid opus erat aduersarijs, ut hunc tam atrocem nobis colaphum impingerent. Scripsit hoc tempore Martinus Eisengrein pontificius quidam Lopus, prolixum commentum, in quo nostras Ecclesias hoc nomine criminatur, quasi in ijs doceatur fides hypocritica & Epicurea & magnificis uerbis declanitat, nec in uerbo Dei, nec in Patribus reperiri tales doctrinam; ubi fidei nude, infrauctuose, hypocritice & Epicureae tribuatūr iustificationis certitudo. Frustra autem in nostras Ecclesias debacchatur. Quia & nos tam persuasionem acerrime damnamus & ex meliori-

CONTRA DVBI. PONTI.

melioribus & firmioribus fundamentis scriptura &
& patrum demonstramus, frustra Epicureos im=
poenitentes sperare salutem. Sed neq; hoc præ=
tercundum, cur hanc calumniam nostris Eccle=
sijs impingant. Docuerunt hactenus pontificij,
dubitandum esse de gratia Dei & nullo modo cer=
tò statuendum esse, quod credentes sint in gratia.
Et in proximo concilio etiam sub anathemate il=
lud dogma repetitum est.

Cum autem hæc opinio adeo pudenda sit, ut
nullo modo propugnari ulla ratione possit, pro=
silit iam Lupus iste, Romanarum Vulpicularum
Procurator, & constanter negat pontificios un=
quam docuisse illam dubitationem, quam nostri
ex certis scripturæ fundamentis refutant & ni=
bilo minus constanter defendit decretum Triden=
tinum ut canonem uerè Catholicum, sed addit,
non sic intelligendum, ut uerba sonant, sed hoc
modo, quod uidelicet Epicurei non debeant cer=
tò statuere se esse in gratia. Talibus esse dubi=
tandum, non illis, qui ueram habeant fidem
Catholicam. Et strenue postea & prolixè in
uostros debacchatur. At nos docemus, neutri
dubitandum esse, nec poenitenti, nec impoeni=
tenti. Poenitentes enim certò statuere de=
bent quod sint in gratia. Impoenitentes & Epi=
curei



DE EENSTO FIDUCIAE

eurei uero certò statuere debent, quod sint extra gratiam. Ac sicut illis de gratia; ita his de ira Dei nullo modo dubitandum est. Verè enim Deus pœnitentibus misericors est & uerè impenitentibus irascitur. Stultissima igitur ista aduersariorum opinio est, siue de pœnitentibus, siue de impenitentibus loquuntur. Nec sic docendi sunt homines, quod impenitentibus dubitandum sit, utrum sint in gratia. Imo sic docendi sunt, quod certò statuere debeant, quod uerè sint extra gratiam, Quod sint sub ira Dei, sub maledictione, sub potestate Diaboli & æternæ mortis, & quod in æternum non sint habituri. Deum propitium, nisi resipiscant & uerè pœnitentiam agant, sicut Baptista inquit: Ad radicem arboris securis posita est. Agite pœnitentiam & credite Euangelio, &c.

Cum igitur nos fidem hypocriticam & Epicuream, seu uanam de gratia Dei persuasionem constanter damnemus, & ceu pestem ex nostris Ecclesijs exterminemus, frustra illi statum transferentes, tenebras hominum oculis offundere & nos de illa opinione suspectos reddere conantur.

Nec de perfectione uel imperfectione fidei disputamus, sed hoc tantum affirmamus, quod fides uera, que nititur merito Christi sit instrumentum iustificationis, & quod in hac fide requiratur firmus



CONTRA DVBI PONTI
mus assensus ex certa fiducia secundum scripta
Prophetica & Apostolica.

CAPVT III.

Cur Pontificij hanc sententiam de
dubitacione tam acriter
propugnant.

Grauissimas sue defensionis habent causas.
Quia dubitatio fundamentum est, quo to-
tum regnum pontificium nittitur. Destructio hoc
fundamento totus ruit Papatus.

Hæc est seminarium infinitorum errorum,
sentina & cloaca, ex qua promanarunt infinitæ
fordes cultuum electiorum contra uerbum Dei.
Hac radice præcisa, flaccebit et emoritur regnum
Antichristi, & minuuntur redditus maximi, qui ex
hac nundinatione colligebantur.

Id autem animaduerti inde potest. In Chri-
sto proposita est certa Salus, quæ sine ulla dubi-
tatione omnibus contingit, qui eam firmo assensu
apprehendunt, & certa fiducia sibi applicant, id
quod omnes Prophetæ, Christus ipse & Apostoli
tam clare docent, ut uel luce meridiana sit clarius,

12 C 5 nulla



DEFENSIO FIDUCIAE

nulla alia ratione remissionem peccatorum, iustitiam & uitam aeternam impetrari posse.

Vbi autem haec doctrina docetur de certitudine R. P. & de fiducia applicante sibi in specie promissionem Euangeli & beneficia Christi & certo statuente SIBI etiam prodeesse mortem & resurrectionem Christi, ad se etiam efficaciam horum beneficiorum pertinere, Ibi conscientia tranquillissime acquiescit in promissione misericordiae diuinae & in merito Christi unici saluatoris & redemptoris nostri, & certa est, se in Christo omnes thesauros sapientiae & scientiae & diuinitatis aeternorum honorum inuenire, nec circumspicit de alijs remedijis, contra peccati uenenum & morsus ueteris serpentis, sed acquiescit in unico medico Iesu Christo, qui uenit sanare animas nostras, qui ideo carnem nostram assumit, ut destrueret opera Satanae & liberaret nos a peccatis.

Hic si Moses cum sua Lege accedat postulans perfectam obedientiam, territans conscientias, minitans aeternam maledictionem, conscientia tranquilla & quieta in Christo, remittit Mozen ad Christum, qui aucto pro peccatis nostris factus est, qui legi perfectam obedientiam praestitit & pro peccatis nostris satisfecit.

Si

CONTRA DUBI. PONTIFI.

Si accedant Pontificij, & uarios comminissantur cultus electios, conscientia respondet, non sibi opus esse talibus cultibus. Sufficere sibi meritum Christi. In eo se acquiescere. Non se egerre ullius creature auxilio uel Angelorum uel Hominem, praeter unicum Mediatorem Christum.

Talibus conscientijs, quæ in Christo certam, ωληροφοριαρ habent, frustra concionatur Diabolus & Mundus, & oleum atq; operam perdunt Pontificij.

Diabolus igitur per Pontificios hoc unicè egit, ut hanc fidei certitudinem, hanc fiduciam, hanc ωληροφοριαρ, hanc παρεπομπαρ, ut Apostolus appellat & hoc σερέωμα Της τίσεως ut ad Coll. 2. dicitur, cuenteret & in eius locum dubitationem impiam & blasphemam substitucret.

Vt autem dubitationem in Ecclesiam introduceret Diabolus, primum conscientias ab Evangelio abduxit ad legem, hoc est, à gratuita misericordia Dei & à merito Christi ad propriam dignitatem. Et si enim pontificij concedunt in Christo salutem proponi, neminem tamen ad suscipiendam gratiam idoneum esse affirmant, qui non sufficenter sit dispositus & preparatus.

Hoc nihil aliud est, quam affirmare, non proponi certam gratiam in Evangelio, in misericordia



DEFENSIO FIDUCIAE

dia Dei & in sacro sancta passione Iesu Christi,
sed salutem in lege & in proprijs operibus quæ-
rendam esse.

Si quis enim querat, quomodo se preparare
debeat, ut sufficenter dispositus sit ad suscipien-
dam gratiam, respondent Pontificij, requiri ut
uerè & integrè præstet omnia Opera
pœnitentiae & caritatis. Hoc quid aliud est,
quam imponere conscientijs iugum totius legis &
præcidere salutem & uitam æternam, nisi quis
omnia opera legis impleuerit? Deinde eripitur
conscientijs certitudo salutis & adducuntur con-
scientiæ non tantum in perpetuas dubitationes,
sed etiam ad desperationem adiguntur. Cum enim
impossibile sit omnia opera uerè & integrè præ-
stare, nemo unquam statuere potest, utrum satis
operum habeat, sed semper dubitare cogitur, ut
qui nondū uerè, nondū integrè præstiterit omnia.

Secundo: Postquam ab Euangelio ad legem,
& Christo ad Mosen, & a gratia ad propriam
dispositionem abductæ sunt conscientiæ, inde
etiam in aliud dubitationis campum longius ab-
ducuntur.

Legis enim impletionem non sufficere ad iu-
stam dispositionem afferunt. Concludunt etiam
omnes traditiones humanas, quas in immensum
cumularunt, seruandas esse. Ac legem quidem
possibilem



CONTRA DVBI. PONTI.

possibilem & facilem faciunt, et quod externa quædam & Pharisaica opera, præsertim secundæ Tabulæ integrum legis impletionem arbitrantur. Id est tam facilem, ut ipsi opinantur, ad uitam æternam aditum nequam concedunt, sed alia opera indebita & supererogationis, quæ & supra opera diuinitus in lege mandata, extollunt, postulant.

Ita igitur nulla salatis certitudo ex uniuersa scriptura monstrabitur, cum nec ex Euangelio nec ex lege monstrari possit. Traditiones autem humanæ supra scripturam, supra legem & Euangelium extolluntur.

Tertio. Abductis conscientijs à uerbo Dei ad traditiones humanas, infiniti cultus electicij & superstitiones sine fine & modo excitatæ sunt extra et contra uerbum additis amplissimis promissionibus, quod ex cultibus & superstitionibus humana audacia excitatatis certa salutis spes proponatur. Postea uero nihil minus iusscrunt dubitare.

Sic uitam Monasticam statum perfectionis dixerunt, atq; in hoc statu certam salutem inueniri gloriati sunt. Ac cum iuuentutem magno studio ad Monasteria illexissent, tanquam ad sanctos ordines & ad certissimum statum salutis, postea dubitare de gratia iusscrunt.

Ita



DEFENSIO FIDUCIAE

Ita Papa totum genus humanum ad obedientiam
sancte Romane Ecclesie uocauit, tanquam
ad sanctum statum, in quo possint certo consequi
salutem.

Postea obedientes illis legibus iubet dubitare.
Sic iactitat sanctorum legum, ordinum, Regula-
rum, & certo promittit uitam obseruantibus illa.
Deinde ubi se diu affixerunt miserrimi homines
uigilijs, ielunijs, iubentur dubitare. Quicquid
enim fecerunt, etiam si se ad mortem usq; regula-
rum obseruatione excarnificassent, tamen ut non-
dum satis ad gratiam dispositos iusserunt dubita-
re.

Ita nec in Monachatu nec in alijs ordinibus
& regularum obseruationibus ulla salutis certi-
tudo conscientijs relictâ fuit, sed dubitandum eis
fuit, non tantum quia sine uerbo Dei excogitatae
erant, sed etiam quia ita traditiones humanas cu-
mularant, ut impossibilis esset omnium obserua-
tio. Quia igitur multitudine traditionum ita
obruebantur, ut prorsus impossibilis esset omni-
um obseruatio, necesse fuit hinc etiam sequi dubi-
tationem & desperationem.

Quarto. Quia obseruatio omnium traditi-
onum impossibilis erat, excogitatae sunt indulgen-
tie, per quas plenariam omnium peccatorum uc-
tiam impetrari afferabant, siue contra Deum, siue
contra



CONTRA DUBI. PONTI.

contra Papam deliquerint. Grauiora tamen delicta contra constitutiones Papales, quam contra legem diuinam iudicabantur, sicut multa pudenda in Taxa sacre poenitentiarie recitantur.

Erant autem indulgentiae institutae, non ut gratis peccata remitterentur, sed ut peccata pro ratione delictorum pecunijs redimerentur. Atque hec quidem Pecuniarum retia fuerunt, quibus datum Mundum peccunijs egregie emunxerunt.

Ad hunc enim finem dubitationis portentum in Ecclesiam introductum erat.

Quinto. Qui etiam de indulgentiarum sufficientia dubitabant, excogitabant peregrinationes ad sanctos & conscientiae anxiæ certam salutis spem querentes sepe periculissimas peregrinationes ad terram sanctam, ad D. Iacobum, & alio nescio quo suscipiebant. Reuersi ex peregrinatione, quas nonnunquam uel nudis pedibus perfecerant, conscientias habebant haud quam tranquilliores quam antea, sed ut ille inquit: Incertior sum multò, quam dudum:

Sexto. Ad propulsandam dubitationem exegitatæ sunt etiam Missæ, quæ quotidiane nundinationes erant, institutæ non tam ad pacandas conscientias, quam ad colligendos numeros. At ut redditus Missarum copiosiores essent, persuas-



DEFENSIO FIDUCIAE

persuadebant pro ratione peccatorum multas celebrandas missas, sicut Pontifici mortuo, nec immrito, ut filio perditionis, permulta celebrantur missæ.

Septimo. Ad propulsandam dubitationem ex cogitatæ sunt etiam intercessiones sanctorum. Si cut enim à promissione gratuita ad opera legis & inde ad traditiones humanas abduxerunt: Ita etiam ab invocatione Dei ad sanctorum cultus traduxerunt. Atq; ex eorum intercessione certitudinem gratiae promiserunt, at ita, ut Altaria, Templæ & Monasteria in honorem sanctorum edificarentur additis fundationibus certorum annorum reddituum, quibus alerentur Monachi, Sacrificuli, Missarij &c.

Ac in agone constitutis cum per omnem uitam miserrimè conscientie excarnificatæ fuissent, omnem morientibus spem salutis & uitæ æterne certitudinem præciderunt, nisi in testamentis liberaliter donationes ad Missas, Altaria, Templæ & Monasteria instituerentur. Nonnunquam Monachi testamenta morientibus dictarunt, & quos Agros, que Prata, quantum Auri & Argenti extorquere uoluerunt, prescripserunt.

Multis persuaserunt, ut ex hæreditatis liberis omnem substantiam Monasterijs largirentur. Et tamen conscientijs reliquerunt scrupulos dubitationum



CONTRA DUBI. PONTE.

tationum, satis ne largirentur & an omnium bonorum elargitiones ad impetrandam gratiam sufficerent. Ac non immerito dubitarunt. Quia gratia Dei non emitur pecunia. Nec enim Deus mercator est, qui vitam eternam pecunijs venalem exponat.

Octavo. Si quis omnes traditiones siam studio seruasset, tamen adbuc dubitandum affirmabant, eò quod occulta aliqua esse possent, que fortasse ignota essent. Ea non remitti, nisi prius etiam satis factum esset.

Nono. Ne post mortem quidem tuti ab his carnificibus miscri homines esse potuerunt. Nam non tantum miserrimas conscientias in perpetuis dubitationibus retentas per omniem vitam excarnificarunt, nec usq; ad agonem tantum, sed etiam post mortem cadavera depascentes ex hæredibus etiam pecunias extorserunt. Finixerunt enim purgatorium, in quod omnes descendere credebantur. Atque hic animæ credebantur detineri & cruciari, donec integræ purgatae essent, præstata integra pro peccatis satisfactione. Ad hanc rem prodesse aiebant preces, eleemosynas, vigilias & oblationes, que prius in Ecclesia fierent. Ac tanto citius liberari ex purgatorio animas, quanto plus pecuniarum sacrificulis numeratum erat. Nam gratis ex sine

D pecunia



DEFENSIO FIDUCIAE

pecunia nihil fiebat. Ita ne post mortem quidem
dubitacionum finis ullus fuit.

Atq; hinc iam apparet, cur fiduciam, que certo
statuit credentem ex gratuita Dei misericordia
propter mortem Christi recipi in gratiam, ex Ec-
clesia profligarint. Vbi enim certitudo est remisio-
nis peccatorum ex merito Christi, ibi conscientia
non curat propriam indignitatem, vel ut ipse lo-
quuntur, propriam indispositionem, sed nititur era-
tissimo fundamento gratuitæ misericordiae diuinae
& beneficiorum Christi, nec sollicita est de nugis et
traditionibus humanis.

Deinde vbi conscientia diuinae promissioni
acquiescit, ruunt indulgentiae, missæ, peregrinatio-
nes, invocationes sanctorum, purgatorium & om-
nes superstitiones pontificie.

His autem destrutis totum regnum pontifi-
cium cœritur. Subvertuntur columnæ Romane
Ecclesie. Collabitur thronus papæ. Decrescit auto-
ritas, maiestas, potentias quæ in infinitum penè ex-
treuerant. Decedunt redditus annui immensi &
multæ auri thonne quotannis, sicut stante dubita-
tione ex Germania tantum aliquot auri thonnas
pontifex quotannis habuit. Ideoq; non immerito
hanc



CONTRA DVEI. PONTI.

hanc sui fundi calamitatum deplorant Pontificis
Et ob hanc causam σοφειαν φρεγματα Pontificis
querunt, quibus impiam suam dubitationem, que
amplissimos eis reditus protulit, ornare, pingere et
fucare possint.

Ac eo impudentiae progrediuntur, ut impiana
illam & blasphemam dubitationem sub virtutis ti-
tulo venditare & quasi ad salutem necessariam
postulare ausint. Affirmant enim dubitationem
modestiam esse summe Deo placentem, si quis de sa-
lute sua dubitet.

Econtra arrogantes esse, qui certo affirmant
se in gratia esse apud Deum. Et cum videant im-
piam illam opinionem Dei beneficio ex firmis scri-
pturæ fundamentis à Luthero & alijs pijs docto-
ribus sic explosam esse, furiosus multo, quam ante,
hanc Thaidem suam propugnare moluntur. Sed
idem eis euenit, quod dicitur: Ex fumo in ignem.
Si enim errores à maioribus inuectos agnoscerent
& emendatis erroribus verbo Dei cederent, maior
Ecclesiæ Romanae esset autoritas. Quia autem blas-
phematos errores & horrendos abusus contra
conscientiam voce & scriptis, gladio & igni pro-
pugnant neglecta veritate, omnem auctoritatem
iusto Dei iudicio amiserunt.

D 2

Nunc



DEFENSTO FIDUCIAE

Nunc quibus argumentis suffulcire dubitationem moliantur, commemorandum est. Cum enim tantum emolumenti ex dubitationis promptuario consecuti sint, argumenta eis conquirenda fuerunt, quibus si non plausibilem, tamen aliquo modo dubitationem excusabilem redderent.

CAPUT IIII.

Argumenta Pontificiorum, quibus suffulcire dubitationem suam moluntur.

ET SI ex superioribus nonnulla animaduertiri possint, tamen nunc ordine pleraque commemo-
rabo, & non pretermittam si quid ad ornandam dubitationem speciosum ab ipsis prolatum videri queat. Postea suo loco confutationes ostendam.

Propositio Pontificiorum est. Homo non debet certa fiducia in Christi merito acquiescere vel certo statuere, quod sit in gratia, sed debet dubitare, utrum sit in gratia.

Rationes.

i. Quia

CONTRA DVBI. PONTI.

1. Quia fiducia apud hereticos & scismaticos potest esse vana & ab omni pietate remota.
2. Quia fidei potest subesse falsum.
3. Quia spes potest fallere & proprium spei est fallere et semper cum aliqua dubitatione coniuncta est.
4. Quia vana est persuasio apud epicureos, etiamsi credant se futuros haeredes vitae eternae.
5. Quia fides infirma & imperfecta est. Ideoq; nemo scire potest, an sufficientem habeat fidem.
6. Quia sumus indispositi ad suscipiendam gratiam & nunquam possumus scire an satis dispositissimus.
7. Ad sufficientem dispositionem requiritur, ut integrè & perfectè præstemus omnia opera penitentie et charitatis. Sed nemo potest scire, an illa omnia præstiterit. Quamobrem non potest certo statuere, an sit in gratia.
8. Etiamsi omnia præstiterimus, quæ ad sufficientem dispositionem videntur necessaria, tamen fieri potest, ut quedam peccata tam sint occulta ut proorsus nobis sint ignota. Illa autem occulta peccata impediunt dispositionem, quo minus possimus esse certi, an in gratia sumus vel non.
9. Nemo debet scrutari arcana diuinæ prædestinationis mysteria. Est autem illud arcanum mysterium Dei utrum quis sit præstinatus.

D 3

Nemo



DEFENSIO FIDUCIAE

Nemo igitur certus esse potest de sua salute.

10. Homo iustificatus potest labi & non potest sibi polliceri certam resipiscientiam.

11. Tantum ex speciali reuelatione sciri potest, quos Deus elegit. Qui igitur non habent speciem reuelationem, non possunt certo statuere, vtrum sint in gratia.

12. Perseuerantiae munus non in hominibus, sed in Dei potestate constitutum est. Homo igitur non sibi absoluta certitudine polliceri aliquid potest.

13. Scriptum est. Qui stat, videat ne cadat. Ergo incertū est, vtrum aliquis perseueraturus sit. Item Cum timore operemini salutem.

Ergo cum dubitatione expectanda est salus. Item si secundum carnem vixeritis, moriermini.

14. Vocati sumus in spem gloriae, nondum sumus in gloria.

Ergo non dum est certum.

15. Versamur adhuc in pugna cum carne, mundo, diabolo & incertum est vtrum futuri sumus victores.

16. In Eccle. 9. dicitur. Nescit homo verum amore vel odio dignus sit.

Item omnia in futurum seruantur in certa.

Cypranus

CONTRA DUBI. PONTI.

17. Cyprianus dicit : Nemo sic sibi blandiatur de puro & immaculato corde, vt innocentia sua fretus, medicinam non putet esse adhibendam vulneribus : cum scriptum sit: *Quis gloriabitur, munus se esse à peccato?*

Hyeronimus. *Quod nobis interdum mundum videtur, Dei oculis sordidum deprehenditur.*

18. Nemo iustificatur, qui certo credit se absolum & iustificatum esse, sed eo ipso damnatur, quia certo credit.

19. Certa fiducia est peccatum, magna temeritas, arrogantia & superbia.

20. Dubitatio est magna virtus, humilitas & modestia, placens Deo & necessaria ad salutem.

21. Peccata remittuntur dubitantibus, etiamsi non certo credant peccata sibi remissa esse.

22. Dubitatio non potest esse peccatum.

Quia peccatum est in voluntate. Dubitatio autem non est in voluntate.

23. Multi abutuntur doctrina de certitudine. Igitur non docenda est certitudo, sed dubitatio.

24. Etiamsi in genere certum sit Deum esse misericordem & Christum esse redemptorem, tamen in specie nemo debet sibi arroganter applicare, quasi ipse sit in gratia.

DEFENSIO FIDUCIAE

Hæ præcipuae sunt rationes, quibus Pontificij dubitationem suam strenuè demonstratam somniant. Sed quam sint hæc argumenta futile, quam impia, quam à scriptura aliena, quam in filium Dei blasphemæ, infra in confutatione demonstrabitur.

Antequam autem ad confutationem descendam, nostræ sententiae confirmationem, ut premitam necesse est, ut opposita luce & tenebris, illuminescat veritas.

Colligam autem argumenta confirmationis iuxta ordinem locorum Topicorū ut ex quibus fontibus argumenta desumi possint, ostendatur.

Deinde subiungam argumenta & obieciones Pontificiorum, atq; id quidem iuxta ordinem Falaciārum, ut ex quibus lacunis suos errores hauriant, appareat.

CAPVT V.

Confirmatio.

Continet probationes fiduciae firmissimas contra dubitationem pontificiam.

1. Quod Deus velit, ut firmiter promissione diuinæ assentiamur & ut certa fiducia eam nobis applicemus.

2. Quod



CONTRA DVBI. PONTI.

Quod non sit dubitandum de gratia Dei.

Sumi possunt ex topicis firma
argumenta.

I.

Ex natura vocabui fidei.

Ipsa vocabuli natura ostendit pugnare in-
ter se se fidem & dubitationem, & fidem significa-
re aliquam certitudinem atq; fiduciam. Talibus
enim vocalibus fides describitur paſsim, ut nemo sa-
nus id negare posſit.

Hebreis Aman ab significat fidem. Ortum
est autem à voce Aman, quæ significat aliquid certo
affirmare. Inde & vox Amen, qua in fine oratio-
nis dominice utimur, ut ostendamus nos certo sta-
tuere, impetraturos nos quæ petimus, & in iura-
mentis Christus ea utitur, Amen Amen dico vobis,
ut ostendat certissimas esse suas promissiones et sine
ylla hæſitatione illis credendū esse. Ephes.3. ponitur
τεποίθοις quæ vox fiduciam certam significat
& deriuatur à verbo τεπομαι quod significat
persuasum habere & certum esse de re aliqua. Ac
sic a Paulo usurpatur 2. Tim.1. Vbi duo hæc con-
iungit ὅδα καὶ τεπεσμαι scio & certus sum.

Insignis vero locus est ad Rom. S. Vbi omnia
præcedentia & sequentia verba aliud sensum pla-

D S ne non



DEFENSIO FIDUCIAR

ne non permittunt, nisi firmam & certam fiduciā.
am. Dicit enim Paulus: Si Deus pro nobis, quis
contra nos? Primum argumentum est, quo fides
nostra excitari debet, videlicet :

Deus pro nobis est.

Ergo potentissimum habemus protectorem, &
nemo tam potest esse potens, qui ex huius manibus
nos eripere possit. Hic Dei potentiam no-
bis ob oculos ponit, ut in Dei protectoris nostri om-
nipotentia certo confidamus.

2. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit illum, qui fieri posset, ut non ex
cum eodem omnia nobis donet?

Proponit immensam Dei dilectionem quasi
dicat: Id quod longe omnium carissimum in celo
& in terra aeterno patri esse potuit, videlicet unius
genitus filius, cum pro nobis in mortem tradidit,
ut certi de inenarrabili eius amore erga nos esse
possimus.

Ergo impossibile est, ut aliud quippiam tam
carum Deo esse possit, quod non una cum filio no-
bis donet. Impossibilitatis enim phrasis est cum
inquit: Qui fieri potest? quasi dicat non potest fie-
ri, impossibile est, ut non donet nobis cum filio om-
nia:



CONTRA DVBI. PONTI.

nia: Non igitur dubitandum est cum impossibile sit, nos non diligi à Deo propter Christum.

3. Quis intentabit crimina contra electos Dei? Deus est qui iustificat, quis ille qui condemnat? Christus est, qui mortuus est, & suscitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui & intercedit pro nobis. Denuo probat certitudinem ab efficiente iustificationis, à merito Christi, à morte & resurrectione eius, à sessione ad dexteram & intercessionem eius.

4. Quis nos separabit à dilectione Dei? num afflictio? num angustia? num persecutio? num famæ? num nuditas? num periculum? num gladius? Hæc quoq; non dubitantis verba sunt, sed certo de Dei erga nos dilectione statuentis, ut non passurus sit se ullius creature violentia abstrahere a ea.

5. Ac post hæc verba subiungitur πέπεσμα: certus enim sum quod neq; mors, neq; vita, neq; angelii neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; illa creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Hæc



DEFENSIO FIDUCIAE

Hæc verba tam illustria sunt ut vel in iuitos
conuincant Pontificios verbum πέπισμαν
de τέποιθισις descendit, significare certitudinem
& firmam fiduciam.

Sic in epist. Iacobi, opponitur fiducia & hæ-
satio seu dubitatio: fiducia (inquit) sine hæsita-
tione.

Ephes. 3. ρυσρπatur ταξιδιώτια Colloſ. 2.
τληροφορία quod certam persuasionem et τληρ-
τος τληροφορίας, quod diuitias certæ persuaſio-
nis significat.

Item σερέωμα της τισεως, quod firma-
mentum fidei significat.

Heb. 11. ὑποστοις substantia vel certa ex-
pectatio.

Item ἔλγχος firmum argumentum, ab
ἔλγχει, quod significat certis argumentis con-
uincere.

Heb. 3. Si fiduciam & gloriationem spei
ad finem usq; firmam tenuerimus.

Rom. 4. Ideo ex fide gratis, ut firma sit
promissio.

I. Iohann. 3. Scimus, quod translati sumus
à morte ad vitam. Non dicit dubitamus, sed scimus
quasi dicat certi sumus.

Rom. 4. Non infirmatus fide, ergo firmus
in fide fuit. Non hæsitabat ob incredulitatem. Ergo
non



CONTRA DUBI. PONTI.

non dubitabat sed certa & firma fuit fides. Robus
stus factus fide. Item certa concepta persuasione, etc.

Ex his & similibus locis quae natura vocabuli
fidei sit, perspicuum est. Hinc igitur concludimus.

Vbicunq; de iustificatione fidei agitur, usur-
pantur talia vocabula, que firmum assensum & fi-
duciam certam significant. Non igitur dubitatio,
sed fiducia in iustificatione locum habet.

II.

A definitione Fidei.

Definitio ex verbo Dei talis colligi potest.
Fides est noticia doctrinæ diuinitus per Prophetas
& Apostolos traditæ & assensus quo amplectimur
totam illam doctrinam & in hac doctrina pro-
missionem reconciliationis seu imputationis iusticie
propter Christum promissæ & fiducia in Christo
mediatore, acquiescens & certo statuens se Deo
placere, se recipi seu exaudiri propter Christum
mediatorem gratis & non propter propria me-
rita.

Hæc definitio probari potest ex verbo Dei,
ex patribus, & recentioribus orthodoxis.

Tres sunt partes fidei. Noticia, assensus
& fiducia.

Obiectum fidei est Deus, promissio Dei,
Christus, Passio & meritum Christi.

Huc



DEPENSIO FIDUCIAE

Huc enim fides respicit.

Oportet igitur credentem primum nosse Deum, & voluntatem Dei in verbo reuelatam, promissionem gratuita misericordie.

Oportet nosse filium Dei unicum mediatorem, Deum & hominem, incarnatum, passum & resuscitatum, propter quem Deus nos in gratiam recipit.

Oportet nosse spiritum sanctum qui per verbum nobis offert promissionem gratiae.

Ita noticia fidei intuetur totam Trinitatem, patrem, filium & spiritum sanctum. Deinde verbum Dei, in quo thesaurus gratiae nobis monstratur.

Secundo non satis est nosse haec superficia liter, sed oportet accedere etiam assensum, ut statuimus promissionem diuinam esse certam & immortam. Nec dubitandum est de certitudine promissionis & voluntatis Diuina erganos.

Tertio, in promissionem Dei & patris in meritum filij Dei & in gratiam etiam Spiritus sancti qui per verbū in nobis efficax est, collocanda est omnis nostra fiducia et acquiescendum est in solius Dei gratia & Christi merito, non in proprijs operibus. Illa fiducia imputatur ad iusticiam. Eam pontificij damnant.

Requiri autem talentum fidem, probari potest ex verbo Dei.

De



CONTRA DVBI. PONTI.

I. De Noticia.

Omnis impietas & omnes idolatrie ortus sunt ex ignorantia Dei, sicut Athenenses Idolatræ arā exā truxerunt, in qua scriptū erat: Ignoto Deo. Act. 17
Nec coli Deus potest, nisi recte agnoscatur.
Ideoq; Deus à cultoribus suis primum vult agnoscī.

Testimonia.

Esa: 53. In noticia vel scientia sui iustificabit ipse seruus meus iustus multos.

Hic noticia, obiectum noticia & affectus simul ponuntur.

1. Seruus intelligitur Christus unicus mediator & redemptor mundi.

2. Hic noscendus vel agnoscendus & fide in-
tuendus est.

3. Qui recte hunc mediatorem nouerunt, sicut se in verbo patescit, illi summam sapientiam ex simili patris per filium prolatam consequuntur. Et hac noticia vel scientia iustificantur. Dicit enim seruus meus iustificabit multos noticia vel scientia sui. Hoc est, Christus imputabit iusticiam illis, a quibus recte agnoscatur.

Est autem noticia intelligenda, non de nuda vel historica noticia. Quia Hebraico more vox noticie ponitur pro noticia, assensu & fiducia. Et intelligenda est per concomitantiam seu extensio-
nem. Ac obseruanda est utilissima regula: Verba



DEFENSIO FIDUCIAE

ba noticiae apud Hebreos usitatissime non solum
ociosam cognitionem in mente vel sensu, sed etiam
veros & non simulatos affectus in corde, qui No-
ticiam illam comitantur & affectus seu actiones
que illos cordis motus sequuntur, significant. Ideoq;
per extensum intelliguntur, id est, comprehenhenda-
sunt in voce noticiae, que noticiam comitantur vel
sequuntur.

Est igitur sententia seruus meus iustifica-
bit multos, noticia sui. Hoc est iustificabit eos, a
quibus recte agnoscitur, & a quibus sic agnoscit-
tur, quod propter ipsorum iniquitates & scelera
percussus & vulneratus sit & qui promissionem
gratiae & vulnera Christi sibi in specie applicant.

Et hanc specialem fiduciam in vocabulo no-
ticiae requiri in hoc ipso loco, contextus in hoc ca-
pite conuincit. Quia talem requirit noticiam ser-
ui Dei iusti, id est, Christi redemptoris, qua creden-
tes meritum Christi sibi applicantes dicere possunt.
Languores Nostros tulit. Dolores Nostros
ipse portauit, propter iniquitates Nostras vul-
neratus est.

Propter scelera Nostra attritus est.

Liuore eius Nos seruati sumus.

Hec pronomina non nudam noticiam sed
specialem fiduciam & applicationem exigunt.

Ioh.



Hæc est uita æterna ut cognoscant te so-
lun uerum Deum & quem misisti, Iesum Chri-
stum.

1. Ponitur noticia, ut cognoscant.
2. Obiectum cognitionis. Deus uerus & Iesus
Christus.

3. Effectus. Vita æterna.

Qui uera fide, Deum & Filium eius cog-
noscunt, illis uita æterna promittitur.

In Canticō Zacheriæ.

Fides nominatur scientia salutis ad remissio-
nem peccatorum.

Hæc & alia dicta ostendunt in uera fide com-
prehendi noticiam.

Idem Patres docent : Cyrillus in Ioh. lib. 11.
cap. 16. Fides autem quid aliud est quam uera de
Deo cognitione?

August. de natura & gratia. Cap. 1.

Ignorantes enim Dei iusticiam & suam uo-
lentes constituere, iusticie Dei non sunt subiecti.

Bernh. serm. 2. de tribus Magis.

Propterea rogo uos intuemini et uidete quam
occulta sit fides.

Quam Lynceos oculos habeat, diligentius
considerate.



DEFENSIO FIDUCIAE

Dei filium lactantem.
Cognoscit in ligno pendentem.
morientem.

Siquidem latro in patibulo, magi in stabulo
cognoscunt.

Isti Clausis infixum:
Pannis inuolutum:

II. Requiri assensum certum est ex
multis locis.

Testimonia.

2. Tim. 1. Coniunguntur noticia & certitu-
do. Scio cui credidi & certus sum, quia po-
eens est depositum meum seruare in illum diem.

Scio & certus sum, inquit, id est noui Deum,
eius promissioni credo & firmo assensu promis-
sioni eius assentior, certo statuens promissionem
eius ueram & infallibilem esse.

Rom. 4.

Creditit Abraham Deo, & imputatum est ei
ad iusticiam.

Ibid. Non infirmatus fide, haud considerau-
it suum ipstius corpus iam emortuum.

Ibid. Verum ad promissionem Dei non Hæ-
sitabat ob incredulitatem, sed Robustus fa-
etus est Fide, tribuens gloriam Deo certa per-
suasione concepta, quod is, qui promiscerat, po-
gens esset, etiam præstare.

Hæc

CONTRA DVBI. PONTI.

- Hec uerba
- | | | |
|--------------------------|---|--------------------------------|
| 1. Non infirmatus fide. | { | 2. Non hæsitabat. |
| 3. Robustus factus fide. | | 4. Concepta certa persuasione. |
| 5. Tribuit Deo gloriam. | | |
| | | |
| | | |

Hec, inquam, ostendunt qualis requiratur fides,
¶ quod non sufficiat Noticia historiæ, sed talem
postulari fidem, in qua sit firmus assensus, certa
persuasio, robur fidei, sine hæsitatione ¶ Ponti-
ficia dubitatione.

Christus passim assensum et certitudinem
requirit. Matth. 9. Ex coevis uisus restitutionem
perentibus querit: creditis quia hoc possum
facere uobis? Respondent: domine utiq;. Tan-
git oculos eorum et dicit: secundum fidem ue-
stram fiat uobis? Non dicit: secundum debita-
tionem fiat uobis.

Hic si dubitassent, oculi eorum sanati non fuissent.

Sic Augustinus dicit: de prædest. sanct. cap. 2.

Credere nihil aliud est, quam cum assensione
rogitare?

De Spiritu et litera. cap. 31.

Quid est enim credere, nisi consentire uerum
esse, quod dicitur?

Hec et alia dicta testantur requiri assensum.

III. Requiritur fiducia.

Testimonia.

E 2

Epb:



DEFENSIO FIDUCIAE

Eph. 3. Per quem habemus ταργεντίαρι audaciam & aditum επ τεποθήσει cum fiducia, que est per fidem illius.

Coll. 2. In omnem opulentiam certae persuasione intelligentiae in agnitionem mysterij Dei & Patris & Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae reconditi.

Appellat πληροφορίαρι & σέργωματικε πίστεως id est, fiduciam & firmamentum fidei.

In Epist. Iacobi. Fiducia sine hæsitatione. Hic fiducia & dubitatio opponuntur.

i. Iohan. 4. Ut fiduciam habeamus in die Iudicij.

Cyprianus serm. de mortalitate. Fides est fiducia in promissiones diuinæ.

August. Meditationum lib. cap. 14. Omnis namq; spes & totius fiduciae certitudo mihi est in precioso sanguine eius, qui effusus est propter nos & propter nostram salutem, in ipso respiro, & in ipso confusis ad te uenire desidero.

Bernhardus serm. 61. super Cantica.

Ego uero fiderem, quod ex me mibi dceat, usurpo mihi ex uisceribus domini. Quoniam misericordia affluunt, &c.

Chrys. in Genesin, cap. 29. Homil. 54.

Et ita bene Fidamus his, quæ à Domino promissa sunt, atq; si iam impleta essent.

Ostensum

CONTRA DVBI. PONTI.

Ostensum iam est, hæc tria in definitione coniungenda esse, noticiam, assensum & fiduciam, & possent pluribus testimonij scripturæ & Patrum demonstrari, sed sufficientia ista.

Hinc rectè concluditur.

Vera fides est noticia, assensus & fiducia.

Ergo uera fides non potest consistere sine fiducia certa & immota.

III. Ex definitione dubitationis.

Huic opponi potest definitio dubitationis.

Dubitatio est uitium seu peccatum primæ Tabule oppositum fidei in defectu, cuius proprium est dubitare de uoluntate Dei reuelata, de promissionibus diuinis, ac in primis de gratuitæ promissionis Euangelij, de certitudine gratia & remissione peccatorum, de speciali promissionis applicacione, arguere Deum mendacij & periurijs, quasi incertum sit, utrum præstet ea, quæ promisit & iurauit, sicut scriptum est: qui non credit, Deum mendacem facit.

Hæc dubitationis definitio ex ipsorum Pontificiorum libris desumi potest. Omnia enim hæc attributa in dubitatione requirunt, nisi quod sub alio genere eam Ecclesiæ obtrudere conantur.

E 3 Non



DEFENSIO FIDUCIAE

Non enim peccatum esse permittunt, sed egregiae virtutem esse contendunt. Sed nota est regula. Subiecta sunt talia, qualia à prædicatis esse permittuntur. Sunt autem prædicata, quæ ab ipsis etiam Pontificijs dubitationi tribuuntur, uitiosa. Frustra igitur in genere laborant. Ac cum dubitationi uel secundum ipsos Pontificios superiora attributa conueniant, consideretur an in iustificatione locus concedi debeat. Colligi autem hinc potest hoc argumentum. Peccata contra primam Tabulam, defectus fidei, non tribuere Deo laudem ueritatis, &c. non iustificant.

Dubitatio est peccatum contra primam Tabulam, defectus fidei, non tribuens Deo laudem ueritatis.

Ergo dubitatio non iustificat.

Valet argumentum. Quod enim à definitio remouetur, à definito etiam remouendum est. Quamobrem cum definitioni dubitationis iustificatione non conueniat, definito etiam, hoc est, ipsi dubitationi iustificatio tribui non potest.

Traditur alicubi & philosophica definitio. A ὀροφῃ seu dubitatio est iudicio deficiente acceptio utriusq; partis cum formidine, & ad neutram partem determinatio.

Et dubium est motus indifferens in utramque partem contradictionis, ut Isidorus in libro Etymologiarum explicat.

Item



CONTRA DVBI. PONTI.

Item. Dubium est equalitas rationum' con-
trariarum.

Hæc philosophicadefinitio dubitationis com-
pletitur tria 1. Defectum iudicij. 2. Stoli-
dam ueriusq; partis acceptiōnem, ut si quis defici-
ente iudicio aurum & orichalcum pro codem ha-
beat, & propositiones contradictionias approbet
& contrarijs rationibus æqualiter assentiatur.
3. Ad neutram partem determinationem. Vbi in
medio relinquitur, utra sententia uera aut falsa
sit, ut utrum uerum sit moueri Cœlum uel non mo-
ueri. Utrum uerum sit credentes esse in gratia uel
extra gratiam.

Cum igitur nec in Theologia, nec in Philo-
sophia, nec in Pontificiorum libris reperiantur
attributa, quæ in iustificatione tolerari possint,
non tantum uerbo Dei, sed etiam rationis iudicio,
& proprijs testimonijs conuincuntur, exploden-
dam esse dubitationem ex articulo iustificationis.

III.

A genere.

Omnia peccata pugnantia cum fide & du-
bitatione summo studio sunt eritanda.

Dubitatio est peccatum pugnans cum fide &
iustificatione. Quia opponitur fidei in defectu

E 4

& non



DEFENSIO FIDUCIAE

& non est instrumentum, sed impedimentum iustificationis.

Ergo dubitatio summo studio est evitanda.

V.

A toto & partibus.

Fides totum est & complectitur tres partes, noticiam, assensum & fiduciam, sicut supra in definitione ostensum est. Cum igitur fiducia sit pars fidei & quidem præcipua, quæ ueram fidem à fide falsa, generali, hypocritica, historica & Diabolica discernit, non potest neq; debet ulla ratione excludi à uera fide. Hæc pars fidem specialem efficit & salutarem. Alioqui fides nihil prodest, nisi fiducia adspicit propter specialem applicationem.

Fiducia præcipua pars fidei est. Ergo necessario requiritur ad constituendam ueram fidem, & è contra necessariò excluditur dubitatio. Quia contraria non possunt existere simul in gradibus excellentibus.

Certa fiducia autem & blasphemæ dubitatio opponuntur in gradibus excellentibus.

Necesse igitur est fiduciae cedere Papistam dubitationem. Huc illud referri potest. In omnibus partibus fidei requiritur certitudo. Ergo dubitatio nullum habet locum.

Sic

CONTRA DUBI. PONTI.

Sic noticiam oportet esse minime dubiam, sed oportet esse certam noticiam, quae uerum Deum recte discernit ab idolis. Deinde quae recte agnoscat Christum & promissionem Euangelicam recte discernat a promissionibus legalibus.

Inculta autem opinio non efficit fidem, sed certa & in uerbo Dei fundata noticia. Sic assensum oportet esse certum & non ambiguum. Et fiduciam oportet esse certam & firmam, non uanam persuasionem.

VI.

A proprio promissionis diuinæ.

Promissio gratuita remissionis peccatorum certa & immota est.

Ergo certo statuendum est credentes accipere remissionem peccatorum, & nullo modo dubitandum est. Antecedens probatur ex patefactione promissionis.

1. Ideo ex arcana sede prodijt Deus, & uoluntatem suam certo uerbo comprehensam patefecit, ut certi de uoluntate eius essemus.

2. Ex discrimine Legis & Euangelij. Duplum autem proposuit uoluntatem, legalem & Euangelicam. Sic duplices sunt promissiones, alia legalis, alia euangelica. Ac legalis quidem dubias

E S

relin-



DEFENSIO FIDUCIAE

relinquit conscientias. Quia hypothetica est additam habens conditionem perfectæ impletionis, qd quia à nobis ipsis satisfactionem flagitat. Eam autem cum prestare non possumus, sequitur dubitatio de promissione legali.

Euangelica autem omnem tollit dubitationem & certificat conscientias. Quia categorica est, non habens additam conditionem nostræ aliquius perfectæ impletionis, sed proponit certum mediatorem, qui pro nobis satis fecit. Eum nos intrueri & eius beneficijs frui iubet. Hæc promissio non nititur incerto, sed certissimo fundamento, non nostris, sed Christi meritis. Ac cum fundamentum sit certissimum, certa etiam requiritur fiducia.

Esse autem promissionem Euangelicam firmam ex capite Rom. 4. probatur. Ideo ex fide datur hereditas, ut secundum gratiam, ut Firma sit promissio vniuersa semini. Hic utrumque coniungitur & certitudo promissionis Euangelicae, & certitudo fidei.

Promissio certa & indubitate est.

Igitur & certa fiducia accipienda est.

4. Ex iuramento Dei. Non tantum nudam promissionem nobis proposuit, sed etiam iuramento suam confirmauit promissionem, ut certissimi de



CONTRA DUBI. PONTI.

de ipsius uoluntate essemus, sicut ad Hebr. 6. dicitur. Quia in re Deus cum eximiè uellet hæreditibus promissionis ostendere firmitatem consilij sui, interposuit Iusiurandum ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non posset, ut mentitur Deus, ualidam consolationem habemus, &c. Hic iuramentum Dei interpositum dicit, tanquam rem certam & immutabilem & ideo interpositum, ut firmitatem consilij sui eximiè ostenderet & ut ualidam consolationem nos haberemus. Sicut enim consilium Dei firmum & iuramentum immutabile: Ita nostra consolatione ualida, firma, certa & immota esse debet. Ideo dicit: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

Seruat autem Deus sua iuramenta sicut Deut. 7. dicitur: Diligit uos dominus & custodit iuramentum, quod iurauit patribus uestris. Et Hebr. 6. dicitur non posse fieri ut mentiatur Deus, cum iuramentum eius sit immutabile.

Quantum scelus foret accusare Deum per iurijs? Faciunt autem hoc reuera omnes, qui de promissionis & iuramenti Diuini certitudine dubitant. Magnam iniuriam Deo facit, inquit, Augustinus, qui de eius misericordia diffidit.



DEFENSIO FIDUCIAE

diffidit. Quantum in se est, negat Deum habere caritatem, ueritatem, potestatem, &c. In Manu al. cap. 23. Et Tertullianus in libro de poenitentia. O beatos nos, quorum causa Deus iurat. O miserrimos, si nec Deo iuranti credimus. Sceleratissime igitur faciunt Pontificij, quando dubitare iubent.

5. Confirmauit promissionem uarijs signis & prodigijs & multis beneficijs, ut certi de uoluntate diuina essemus. Sicut enim illi qui amant alios, in eo toti sunt, ut uarijs modis declararent suam dilectionem: Ita Deus non uno modo suam dilectionem populo suo declarauit. Ac cur tot modis declarauit, nisi ut certi essent?

6. Addidit promissioni signa gratiae, ut in ueteri Testamento circumcisionem, quæ ob id signaculum iusticie dicitur, quod de gratia & iusticia certi esse deberent, qui circumcisi uera fide futurum Meßiam expectarent & in nouo Testamento, Baptismum & cœnam Dominicam addidit, ut de speciali applicatione certiores redderentur.

7. Omnim Prophatarum assiduus labor & conatus fuit, ut inculcarent populo dilectionem Dei & certitudinem dilectionis, pactum seu foedus & certitudinem foederis.

8. Non tantum promissio certa est, sed etiam æternarum poenarum comminatio. Sicut enim certa



C O N T R A D U B I . P O N T I

certa salus in Christo proposita est. Ita certa damnatio extra Christum omnibus imminet, sicut scriptum est: Qui non credit, iam iudicatus est. Ergo qui de promissione in Christum dubitat, iam iudicatus est.

9. Sicut diuinarum promissionum & comminationum immota certitudo est: Ita Diabolicalium promissionum & comminationum proprium est esse incertas, ambiguas, dubias, ludere & fallere credentes, sicut oracula Apollinis sc̄epe plausibilia uidebantur, cum tamen extremas calamitates denunciarent. Talem ergo incertitudinem & ambiguitatem, tales imposturas promissionibus diuinis tribuere diabolica malicia est, & est transformare Deum in Diabolum, cuius proprium est mentiri, fallere, occidere, &c.

Verbum Dei certum est & satius est praetire Cœlum & Terram, quam unum iota de uerbo Domini. Ac sicut de toto uerbo uniuersaliter uera est certitudo illa, ita etiam de hac parte uerbi, quæ continet promissionem Euangelicam.

Hæc & alia consideranda sunt in promissione diuina, ac cum certum sit promissionem esse certam & immotam, sequitur etiam certa fiducia promissionem apprehendendam esse. Nam hæc duo, Rom. 4. & Hebr. 6. coniunguntur:

DEFENSIO FIDUCIAE

ma promissio & fides. Firmitas consilij diuini et
ualida consolatio.

10. Exempla. Nullum exemplum profer-
ri potest, ubi Deus promissiones suas non serua-
uerit, ita, sicut promisit. Exempla autem seruan-
tarum promissionum infinita sunt. Promisit De-
us Adæ, Semen mulieris conculcaturum Caput
ueteris serpentis, & præstítit. Promisit Abra-
hæ seni effæto & Saræ sterili filium & præ-
stítit, et si impossibile uidebatur.

Promisit semen benedictum ex familia Abræ-
hæ, ex stirpe Dauidis, nasciturum in Bethlehem
&c. & præstítit.

Et quia non potest proferri ullum exem-
plum disimile, ubi Deus suas promissiones non
seruarit, cur de Dei promissionibus dubitabimus,
non aliter, quam si nullam unquam promissionem
seruauerit?

Sed de Exemplis infra etiam dicetur.

11. Conuincunt & similitudines sacræ pro-
missiones diuinas esse certas. Talibus enim scri-
ptura similitudinibus utitur, que res omnino cer-
tas designant. Exempla similitudinum.

Ita uerbum Dei confertur cum firmissima
petra, in qua domus ædificata firmiter perstare
possit contra omnes tempestatum impetus.

Huc

CONTRA DVSI. PONTIFI.

Huc & reliquæ similitudines, de pacto, de
sogyn paterna, de anchora, de ob-signatione, &
alie, de quibus infra.

Hæ similitudines non significant res incertas.

12. Certæ autem sunt promissiones diuine secundum ipsum voluntatem. Sunt autem duplices: aliae Categorice: aliae Hypotheticæ. Item aliae Legales: aliae Euangelicæ. Prout igitur propositæ sunt: Ita eas Deus seruat. Secundum legem promisit uitam æternam præstantibus integrum obedientiam. Secundum Euangeliū promisit gratis ex gratuita misericordia credentibus in Christum. Ac sicut promisit: ita certò præstat.

13. Hoc discrimen est inter promissiones diuinæ & humanæ. Quod promissiones diuine non quam humanæ autem scipissimè fallant.

Item, Inter Diuinæ & Diabolicas promissiones. Deus nunquam fallit. Quia verax est. Diabolus autem semper fallit: Quia mendax est. Aut si seruat, in perniciem hominis seruat.

Cum igitur promissionis diuine proprium sit certò præstare, quæ promittuntur, qua fronte de uen-



DEFENSIO FIDUCIAE

de uerissima & immota eius promissione dubitabimus? Cur non certò statuenus promissionem gratiae ueram & immotam esse & credentibus peccata uerè remitti & credentes uerè fieri heredes uitæ æternæ? Deinde cur increduli dubitant de comminatione æternæ damnationis? Certum enim est, omnes non credentes & in incredulitate perseverantes, abiici in æternas pœnas.

VII.

Ex proprietate fidei.

Supra probatum est promissionem esse, diuinatus patefactam, Euangelicam, certam, iuramento immutabili confirmatam, confirmatam etiam uarijs signis, prodigijs, beneficijs, signis gratiae, circumcisione, baptismo, coena dominica & omnium Prophetarum omnes conatus eo directos fuisse, ut de promissione certificarent suos auditores, & solius Diaboli esse proponere promissiones incertas, ambiguas, dubias, uanas & irritas. Nunc hoc etiam probandum est, sicut promissio certa est: Ita & fidem oportet esse certam. Id autem manifestum est ex sequentibus.

Ex



CONTRA DUBI. PONTI.

1. Ex natura vocabuli, sicut supra ostensum est. Fides enim certitudinem significat & passim in verbo Dei talia attributa coniunguntur, ut non possit nisi de certissima certitudine, quæ omnes demonstrationes vincit, intelligi.
2. Vniuersa scriptura testatur, Deum hoc in primis exigere a populo suo, ut certa fiducia accedit ad Deum & nihil sibi certius persuasum habeat, quam Deum vere nos diligere, vere nobis dari ab ipso omnis generis beneficia corporalia & spiritualia.
3. Non tantum exigit a nobis certam fiduciam, sed donat etiam spiritum sanctum, qui per verbum gratiae certam fiduciam in cordibus nostris operatur & accendit, & tam certos efficit, ut per ipsius gratiam tam firmiter Christo adhaereamus, ut nullius creaturæ violentia nos ab ipso auelli patiamur, sicut supra ex cap. ad Rom. 8. ostensum est.
4. Huius fidei, quam Spiritus sanctus operatur in nobis, proprium officium est, ut apprehendat promissionem & sibi eam applicet. Id autem fieri non potest, nisi certa sit fiducia. Quamobrem ratione officij fidem oportet esse certam fiduciam.
5. Idem testantur dicta in quibus firma fiducia exprimitur ut Heb. 6. firmitas consilij diuini & valida consolatio coniunguntur, & obseruanda est vox valida consolatio, non infirma, dubia, lan-

C O N T R A D U B I . P O N T I .

guida & incerta. Sic Rom. 4. Ideo ex fide gratia, ut firma sit promissio. Hic fides & firma pro missio copulantur.

Heb. 3. Si fiduciam & gloriationem spei ad finem usq; Firmam tenuerimus.

Heb. 10. Accedamus vero corde in plerophoria fidei, tenentes confessionem fidei non vacillantem, hoc est, non dubitantem.

In græco est δοκιμια.

2. Corinth. 13. Tentate & probate vos ipsos, an sitis in fide. An ne cognoscitis vos ipsos, quod Ihesus Christus in vobis sit, nisi forsitan reprobatis?

Rom. 15. Stamus in gratia Dei & gloriari mus spe gloriae Dei.

Hæc & similia dicta illustria sunt, quæ expressæ firmam fiduciam & æquipotentia vocabula ponunt.

Idem declaratur per similitudinem Anchore, cui comparatur fides, sed de hac infra in loco similium.

Hinc colligimus.

Fidem oportet esse certam & immotam. Ergo fiducia & non dubitatio requiritur.

VIII.

Ex proprietate dubitationis:

Proprietas



CONTRA DUBI. PONTI.

Proprium dubitationis est, Deo promittente
gratiam non tribuere laudem veritatis, accusare
eum mendacij & periurij, nolle assentiri verbos
non apprehendere promissionem, non collocare in
eum fiduciam suam. Ideo Iohannes hoc proprium
dubitacioni tribuit: Qui non credit, inquit, Deum
mendacem facit. Haec autem abominabilia sunt
coram Deo. Quamobrem certum est non velle
Deum dubitationem, sed firmam fiduciam.

Summus bonus est, qui Deo tribui potest,
tribuere ei laudem veritatis, credere eius verbos,
collocare omnem fiduciam in Dei misericordiam,
omnia optima sibi de eo polliceri.

Econtra summa contumelia est, qua Deus
affici potest, incredulitas, diffidentia, dubitatio, non
tribuere ei laudem veritatis, habere promissionem
suspectam, dubiam, ambiguam, incertam vel etiam
prosperus falsam & mendacem.

Vult autem Deus non contumelia, sed hono-
re affici. Ergo fiduciam & non dubitationem po-
stulat. Quod vero pontificij asserunt dubitatione
Deum glorificari, id contra naturam dubitationis
esse scripture testimonijs probari potest.

Augustinus in Manual. cap. 23.

Qui de venia peccatorum desierat, negat
Deum esse misericordem. Magnam iniuriam Deo

F 2 facit.



DEFENSIO FIDUCIAE

facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantum in se est, negat Deum habere caritatem, veritatem & potestatem, in quibus tota spes mea consistit.

Scilicet in { Caritatis adoptionis.
Veritate promissionis.
Potestate redemptionis.

Chrysost: Homil. 11. in Hieremiam.

Quicunq; penitus Christo non credunt, condemnant illum. Qui autem credunt & adhuc ambigunt, dijudicant illum. Duo igitur apud homines perpetitur. Ab incredulis condemnatur. Ab ambigentibus discernitur.

Impedit & dubitatio inuocationem. Dubitante enim conscientia inuocare Deum nemo potest.

IX.

Ex causa efficiente promissionis & Fidei.

Deus non est autor incertitudinis, sed certitudinis. Quia Deus est verax & odit mendacium.

Est autem Deus autor promissionis gratiae, que gratis offert salutem omnibus credentibus.

Quia Deus ipse hanc promissionem primis parentibus in Paradiso proposuit. Semen mulieris

c.e.



CONTRADIUBI. PONTI.

Ecce sepe eam repetivit, ut ad Abrahamum: In
semine tuo Ecce.

Necesse est igitur ratione efficientis pro-
missionem gratuitam esse certam & firmam, non
incertam & dubiam, sicut expresse Rom 4. dicitur:
ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio.

Hinc Deus dicitur Deus veritatis. Et Emu-
nah, Et Emet. Psalm. 31. Redemisti me Deus ve-
ritatis.

2. Paral. 6. Domine Deus Israel, non est
similis tui in celo & in terra, qui Custodis pa-
etum & misericordiam cum seruis tuis, qui
ambulant coram te toto corde suo. Qui presta-
sti David seruo tuo patri meo, quaecunq; Locu-
tus fueras ei, & quae Ore promiseras, Operc
compleuisti, sicut & praesens tempus probat.

Numeri 23. Non est Deus, quasi homo, ut
mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur, dixit,
ergo & non faciet? locutus est & non implebi-
tur?

Psal. 118. dicitur promissio verbum verita-
tis. Ephe. 1. auditio verbo veritatis.

2. Quia Deus verax est, autor certitudinis est,
& quia eius verbum, verbum veritatis, verbum
certum & immutabile est, quia custodit pactum suum,
quia prestat vere, quae loquitur, vel que promit-



DEFENSIO. FIDUCIAR

et, Ideo vult etiam suo verbo adhiberi fidem & non dubitari de verbi veritate, certitudine & efficacia, atq; hanc fidei obedientiam a nobis postulat tan- quam summum cultum & summum honorem, ut videlicet verbo eius credamus, eiq; innitamur, tan- quam fundamento certissimo & tanquam petræ immobili. Vult certò nos statuere, quod verè nos recipiat propter filium, respiciat, exaudiat, & tali fiducia etiam vult inuocari. Non vult inuocari a dubitantibus, sicut Xenophon, Cicero, Academici vel alij inuocant, qui dubitantes summa Deum contu- melia afficiunt.

Non enim tribuunt Deo laudem veritatis, sed mendaceum eum arguunt, sicut Iohan. inquit.

3. Spiritus sanctus ideo in corda credentium inittitur, vt nos de gratia Dei, de certitudine pro- missionis infallibili certificet & omnem dubitatio- nem ex cordibus nostris excutiat. Hic testimonium in cordibus nostris dicit, de immensa Dei misericor- dia, quam gratis omnibus credentibus offert, de beneficio misi filij in carnem proptersalutem no- stram, de beneficijs Christi, de incarnatione, passio- ne, morte & resurrectione, de vniuersalitate huius beneficij, de speciali applicatione ad nos ipsos, qua certo statuimus Deum non in genere, sed in specie nobis misericordem, Christum non in genere pro aliquibus, sed in specie pro nobis mortuum esse &

ad



CONTRA DVBI. PONTI.

ad Nos quoq; pertinere efficaciam mortis & re-
surrectionis Christi. Ideo dicitur Gal. 4. misit Deus
spiritum filij sui in corda Nostra clamantem
Abba Pater, & Ro. 9. Non accepistis spiritum
seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum
adoptionis, per quem clamamus Abba pater. Idem
spiritus testatur vna cum spiritu nostro, quod si-
mus filii Dei.

Hic Paulus primum dicit Spiritum sanctum
mitti a Deo & accepi ab hominibus.

2. Quo mittitur: in corda.

3. Non tantum in corda aliorum sed etiam in
corda Nostra, ut in specie de eius praesentia certi-
simus. Ita Rom. dicit: Vos accepistis.

4. Qualis sit Spiritus. Appellat autem spiri-
tum filium Dei. Spiritum adoptionis. & opponit in
antithesi spiritum seruitutis. Appellat autem spiri-
tum filij Dei, quod a filio sicut & a patre procedat.

Deinde ut ostendat, nos eundem habere Spi-
ritum sanctum, qui sit spiritus filij Dei.

Hinc Lutherus pulchre colligit cap. 4. ad
Gal. Filius Dei Christus certissimus est se placare
Deo. Ergo & nostra corda certissima esse debent,
quod placeamus Deo. Quia eundem spiritum in
quo Christus certus est & nos habemus & certi esse
debemus propter Christum, qui certus est se esse in
gratia.



DEFENSIO FIDUCIAE

Ibidem Christus placet Deo. Ergo & nos, qui ha-
remus in Christo placemus Deo propter Christum.
Et si peccatum hæcat in carne, tamen gratia vbe-
rior est & potentior peccato. Misericordia &
veritas Dei regnat super nos in eternum.

Item Christus gigas potentissimus sustulit le-
gcm, damnauit peccatum, mortem & omnia mala
aboleuit. Donec ille est ad dextram interpellans
pro nobis, non possumus de gratia Dei erga nos
dubitare.

Item dicitur Spiritus adoptionis, qui testa-
tur in cordibus nostris nos adoptatos à Deo esse in
filios, nos futuros hæredes æternorum honorum.
Ac sicut filij certi sunt de vera & paterna benevo-
lentia parentum, ita & nos per Spiritum adoptio-
nis certi de gratia Dei esse debemus.

Opponit autem spiritum seruitutis, qui non
fiduciam & certitudinem in cordibus, sed timorem
seruirem, incertitudinem & dubitationem opera-
tur.

Hunc Spiritum seruitutis & dubitationis
non dicit in cordibus piorum esse.

5. Quod sit officium Spiritus sancti in cordibus
nostris.



CONTRA DVBI. PONTI.

nostris. Dicit autem Spiritum sanctum in cordi-
bus nostris clamare: Abba pater & nos per illum
quoque clamare: Abba Pater.

In Græco est vox κέρωμεν & κέρων quod
non significat cum dubitatione & meticulose ali-
quid proferre, sed plena fiducia & clara voce testa-
ri se agnoscere Deum nostrum dilectissimum pa-
trem & nos eius filios esse & tali fiducia eum in-
uocare. Atq; hunc clamorem ibidem gemitum in-
enarrabilem vocat, cum inquit: Spiritus intercedit
pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Deinde offi-
cium Spiritus sancti est ut in cordibus nostris testi-
monium dicat & testimonium det spiritui nostro,
quo certificamur, quod vere filii Dei simus.

Cum igitur Spiritus sanctus haec in cordi-
bus nostris efficiat, cum ideo mittatur in corda ut
non tantum submissus testetur, sed clamet & vocife-
retur nos esse filios Dei, deum esse Abba patrem
& gemitibus inenarrabilibus pro nobis intercedat,
quomodo eum dubitationis & incertitudinis auto-
rem faciemus?

Est autem duplex Spiritus sancti testimo-
nium: Internum & externum. Internum est,
quando corda nostra certificat, quod simus in gra-



DEFENSIO FIDUCIAE
tia, quod sumus filii, quod sit Deus dilectissimus Ab-
ba Pater.

Externum testimonium, quando sequuntur
fructus huius interni testimonij. Ut sunt libenter
audire, docere, confiteri cum periculo rerum & vi-
tie. Deinde secundum vocationem pro virili fa-
cere officium in fide & gaudio, non irrumpere in
alienam functionem, seruire propriæ vocationi etc.
Ita & à priori & à posteriori certificamur.

Hoc Spiritus sancti officium est, cum quo
Spiritus Papæ pugnat, qui non certitudinem, sed
dubitatem adserit. Quamobrem in ore eius
nihil est certi & sub lingua eius labor & dolor est.

6. Ad illustrandam certitudinem, quam Spir-
itus sanctus in cordibus credentium operatur, obser-
vande sunt insignes appellationes ob-signationis,
arrhe, & arrhabonis, quibus certitudinem signi-
ficari, nullo modo negare possant.

Ephe. 1. Postquam credidistis ob-signati estis,
spiritu promissionis sancto, qui est arrhabo haeren-
titatis nostræ.

2. Corinth. 1. Deus est, qui ob-signauit nos, dea-
ditq; arrbam spiritus in cordibus nostris.

Ephe. 4. Non contristetis spiritum, quo ob-
signati estis in die redemptionis.

CONTRA DUBI. PONTI.

Ac primum σφεργίς sigillum et σφεργίζει
obsignare vel sigillo aliquid confirmare significat.
Est autem sigillorum et obsignationis usus non ut
incertos et dubios efficiat homines, sed ut sigilla
sint praecipue notae quibus authentica redduntur
diplomata et testamenta et quibus discernuntur
certa ab incertis, genuina ab adulterinis et supposi-
titijs. Ita sigilla omnem dubitationem omnem ha-
sitationem et incertitudinem omnem tollunt inter
homines.

Sic Spiritus sanctus nobilissimum sigillum
est, quo credentes obsignantur. Is verbum in cor-
dibus nostris confirmat et nos de gratia Dei certi-
ficat. Is testamentum promissionis diuinæ authen-
ticum reddit et ab omnibus adulterinis et supposi-
titijs doctrinis discernit, omnemq; dubitationem et
hesitationem remouet.

Secundo. Dicitur Spiritus sanctus arrha et
Arrhabo, que vox ab Arab deriuatur et in con-
tractibus usurpatur. significat autem aliquid, quod
datur ad confirmationem contractus, qui tum de-
num ratus habetur, quando datus est arrhabo, ut
consuevit fieri in emptione ædium vel in contractu
matrimonij et c. Fursterus interpretatur pacti
symbolum seu pignus, quod dari solet creditori,
donec solvatur debitum. Et data arrha non est iam
amplius dubitandi locus, sed res confirmata et rata
habetur



DEFENSIO FIDUCIAE

habetur ut sponsa accepto annulo, non dubitat amplius de voluntate sponsi, sed certa est, se & sponsam & omnium bonorum heredem futuram eius, qui dedit arrham.

Ita Deus foedus nobiscum iniit, ac filio suo unigenito despousauit Ecclesiam, simulque cum filio gratuitam aeternorum honorum hereditatem obtulit, ac ut certissimus, nobilissimam arrham Spiritum sanctum nobis dedit, non ut nostra corda dubitare faciat, sed ut corda nostra ex omni dubitatione liberata certificet, quod vere habeamus Deum proprium, quod Ecclesia cuius membra & filii sumus, sponsa sit filii Dei unigeniti, quod cum Ecclesia matre nostra heredes vitae aeternae futuri simus.

Significat etiam obsidem, sicut gen. 43. Simon relinquitur Ioseph in testimonium, quod certo aducturi essent Beniamin. Ita Spiritus sanctus tanquam obses nobis relinquitur, ut certissimus de gratia Dei, non quod Dei promissiones sint incertae, sed quod nostrae fidei infirmitas tali obside opus habeat.

Hæc & alia spiritus sancti officia considerata satis ostendunt non esse spiritum sanctum in certitudinis & dubitationis autorem.

Quarto.



CONTRA DUBBIOS PONTI.

Quarto. Sicut Deus autor est promissionis, quam voluit esse certissimam & immotam: Ita etiam causa efficiens est fidelis & illam quoque vult esse certam non dubitare, minimeque vacillantem. Dubitationem non erat opus donari nobis tanquam singulare donum Dei, quia nobis innata est a diabolo inspirata est, quae fons infinitorum scelerum, blasphemiarum & desperationis denique est. Fides autem non innata est, sed hanc Deus per gratiam spiritus sancti in nobis operatur, ut possimus cum fiducia accedere ad thronum gratiae. Dubitatio non accedit ad Deum, sed fugit & auersatur eum.

Quinto. Huc etiam sacramenta adhibet Deus, ut fidem in nobis certam & firmam efficiat, ut omni seposita dubitatione certo statuamus, Deum nobis fore propitium.

Cum igitur Deus ipse veritas & autor certitudinis promissionem certissimam proposuerit, spiritum sanctum arrham vel arrhabonem & tanquam certissimum ob sidem in corda nostra mittat, & spiritus sanctus fidem in cordibus nostris operetur & filium unigenitum in superdonatur, quomodo sine magno scelere & blasphemia dubitare de eius voluntate possumus? Diplomata & sigilla certissima de sua voluntate nobis dedit.

Cur



DEFENSIO FIDUCIAE

Cur igitur dubitabimus:

Hinc concludimus.

Deus non est autor incertitudinis.

Ergo dubitatio non est à Deo.

Promissio non est incerta.

Ergo non est de ea dubitandum.

Spiritus sanctus non operatur in nobis, dubitatione
nem. Ergo non est dubitandum.

X.

EX efficiente dubitationis.

1. Ex Deo esse non potest. Quia Deus non
est autor intertitudinis vel dubitationis, sed autor
certitudinis. Quia verissime dicit, sicut scriptum
est: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea
non transibunt. Necesse est ergo aliunde esse dubi-
tationem. Quicquid autem ex Deo non est, id ad
iustificationem prodesse non potest. Quamobrem
& dubitatio ad Iustificationem prodesse non po-
test.

2. Quicquid non est ex Deo, id aut est ex Diabol-
o, aut ex corrupta hominis natura.

Dubitatio autem non est ex Deo.

Fontem igitur dubitationis vel diabolum vel
corruptam naturam esse necesse est.

3. Considerandi igitur sunt fontes dubitationis.

Ac



CONTRA DVBI. PONTI.

Ac primus fons dubitationis est diabolus.

i. Ex genere dubitationis.

Diabolus est fons omnium peccatorum. Igitur
dubitatio*n*is.

Diabolus loquitur ambigua, quibus certa habe-
ri non potest. Talia erant oracula delphica, que
cum certa viderentur polliceri victoriam, scelle-
runt. Cum horum oraculorum incertitudine con-
ferre promissiones diuinis est ex Deo facere dia-
bolum & trahere ei, que satanae propria sunt.
Quia Pater mendaci*s* est.

3. à proprio Satane.

Deinde proprium satanae opus est, eripere
conscientijs omnem spem & fiduciam mediatoris,
& coniugere eas in tristissimas dubitationes & adi-
gere eas tandem ad desperationem. Ita diabolus
Aduersarius noster obambulat tanquam leo rugi-
ens, edens terribiles rugitus: Tu es peccator, De-
us irascitur tibi. Non est ullum tibi in eius miseri-
cordia auxilium damnabit te in æternū.

Luth. ad Gal. 4. Ita nos machinis suis &
ignitis telis oppugnat, conaturq; totis viribus, ut
eripiatur nobis Deus & omnes nobis excutiat conso-
lationes.

Contra hos intolerabiles rugitus nihil habe-
mus miseri homines, nisi nudum verbum & parum
abest, quin succumbamus & desperemus.

4. à Cona



DEFENSIO FIDUCIAE
¶ Contrario. Fiducia est ex Deo.
Ergo Dubitatio est ex Diabolo.

Exemplum est Luca 1. In Zacharia.

De Zacharia enim credente dicitur: Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto & Prophetauit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Ergo Fides ex spiritu sancto est.

Repletus enim Zacharias spiritu sancto, in hoc cantico fatetur, se credere & certo statuere vera esse illa, de quibus antea dubitarat. Et iam tribuit laudem veritatis Deo, credens, qui antea dubitans gloriam veritatis verbis angeli derogauerat. Ac dicit Deum recordatum sui testamenti praestitisse ea, quae promiserat per os Prophetarum.

Quia autem fides tribuens Deo laudem veritatis ex repletione Spiritus sancti est, necesse est dubitationem, qua laudem veritatis verbis angeli derogauit, non ex repletione Spiritus sancti, sed ex Diabolo ortam fuisse & ex iudicio rationis humanae.

5. ab exemplo. Exemplum est in Genesi cap. 3. Vbi Deus certum verbum proponit primis parentibus, cui verbo & initio credunt. Diabolus autem phaleratis suis dictis dubitationem in cor dibus



CONTRA DVBI. PONTIFI.
dibus eorum efficit, ut existiment se sententiam
Dei non satis assicutos esse.

Ideo Eva Diaboli ueneno infecta, uerbis
Dei particulam dubitatiuam addit, inquiens:
Ne FORTE moriamur. Non dixerat autem De=
us FORTE morieris, sed quocunq; die comederis
de eo, morte morieris.

Oritur igitur Dubitatio à Diabolo.

II. Oritur & dubitatio ex corrupto rationis
iudicio, quod Diabolus ueneno peccati sic infecit,
ut homines naturaliter Deum fugiant & auer-
sentur & de eius uoluntate dubitent.

Illa dubitatio naturæ corruptæ ingenita est,
sicut animaduerti potest in exemplo Zacharie.

Is dum rationis iudicium sectatur, confide-
rans communem naturæ cursum, senectutem su-
am, & uxoris suæ sterilitatem, dubitat de uerbis
Angeli. Dubitans autem reprehenditur & pu-
nitur ac cogitur sermonis beneficio tantisper ca-
rere, donec experientia conuictus credens, & spi-
ritu Sancto plenus pleno iam ore ueritatis laudem
Deo tribuit, id quod antea rationis iudicium se-
ctatus nullo modo præstare potuit.

Dubitans obmutescit. Credens pleno ore be-
nedicit Deo. Ac cum dubitatio à natura no-
bis insit & in intimis nostris medullis hæreat, fa-
cilius Diabolus innatam dubitationem augere,

G cer-



DEFENSIO FIDUCIAE
certamq; fiduciam cordibus nostris eripere pos-
test.

Hic ut optatam prædam misera & corru-
ptam naturam humanam Corripit & ex agitat.
Hic demum suos ingemmat rugitus Leoninos,
Quia scit in hac naturæ imbecillitate nulla nobis
ex proprijs viribus præsidia contra ipsum esse.
Ac cum in temptationibus constituti sumus, hanc
quoq; innatam & à Diabolo exaggeratam dubi-
tationem auget, quod nullo sensui ostenditur
Christus.

Non uidemus cum externis oculis presentem
non audimus, non palpamus, tum neq; cor eius
presentiam in tentatione sentit. Videtur irasceri
& nos deserere. Accedit lex, qua maxime in ten-
tationibus terret & accusat nos. Econtra homo
sentit uim peccati, iram & iudicium Dei, terro-
res mortis, ignita tela satanæ, infirmitatem car-
nis. Hæc omnia terribiles & fortissimos clamores
edunt contra nos, & uidentur Cœlum & Ter-
ram replere adeo, ut nihil prorsus uideatur reli-
quum preter desperationem & æternam mora-
tem.

Contra hanc ingenitam dubitationem, contra
rugitus Satanae, contra accusationes legis, &
contra terrores mortis, mittitur spiritus Sanctus
in corda nostra clamans: Abba pater, interce-
dens

CONTRA DVBII. PONTI.

tens pro nobis gemitibus inenarrabilibus, tollens dubitationem, excitans fiduciam, qua excitata respiciat homo in temptationibus ne omnino ruat in desperationem. Quamuis autem apprehendimus Christum infirmiter in temptatione, adeo ut non clamare, sed uix ingemiscere uideamur, tamen ille gemitus quamuis exilis (ut Lutherus inquit) cordium scrutatori fortissimus clamor est, tam fortis, ut omnium hostium clamores longe uideatur superare, ut ad hunc gemitum maximi clamores legis, peccati, Mortis, Diaboli et inferni nihil sint. Sic 2. Cor. 12. dicit: potentia Christi in infirmitate nostra persicxit. Et Exo. 14. ad Mosen dicit: Quid clamas, cum uix auderet mutire. Etsi igitur nostram sentiamus infirmitatem, tamen non secundum nostrum sensum, seu ex clamore legis, peccati et Diaboli, iudicare debemus, sed secundum uerbum Dei. Ab pater (inquit Lutherus) breuissima uox est, quæ tamen omnia complectitur et eloquentiam tantam esse, inquit, quantam nullus Demosthenes uel Cicero exprimere posset. Ita duæ cause dubitationis recitatae sunt, Diabolus et corrupta natura, cuius imbecillitatem cum non ignoret Diabolus, tanto immensus in eam sœuit.

III. Oritur dubitatio sepe ex ignorantia uerbi Dei. Ignorato enim uerbo Dei ratio hu-

DEFENSIO FIDUCIAE

mana iudicat de uoluntate Dei ex qualitate eorum, quæ tristia in hac uita nobis obijciuntur. Ut si qua calamitas insignis nos exerceat, ratio sic dicit: Si te diligeret Deus, cauisset ne in tam atroces calamitates incedisses, curam tui habuisset, Aut certe in his malis non deseruisset, sed subito inde eripuisse. Hic quia ratio uerbum Dei ignorat, incipit dubitare de Dei erga se uoluntate. Accedit tentator, sicut Matth. 4. Si filius Dei es, &c. Accedunt & impij in cruce occidentes eandem cantilenam, ut in passione Christi, si filius Dei es, descendere de cruce. sperauit in Deum, saluet eum, si delectatur eo. Talibus satanæ & mundi saunis ad dubitationem abduci hominem uerbi Dei ignorantum non est mirum, cum Christus ipse sic moueat ut dicat: Deus Deus meus quid me dereliquisti? Et David: Proiecitus sum a facie oculorum tuorum. Ac sicut ex uerbi ignorantia dubitatio oritur: Ita subsidio uerbi dubitationi occurtere possumus. Ita Christus Satanæ scripture testimonia opponit, scriptum est inquit: Non in solo pane uiuit homo. Et: non tentabis dominum Deum tuum. Et Apostolus: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per consolationem scripturarum spem habeamus. Sic ex rationis iudicio Zachariæ dubitatio oritur. Considerans enim senectutem suam



CONTRA DVEI. PONTI.

Am & uxoris sterilitatem, (Angeli uerbis fidem derogat, contra communem enim rationis cursum sterilem parere posse negat. Hic ratio cum seducit, quo minus uerbo Dei ueritatis laudem tribuat.

1111. Oritur dubitatio ex incredulitate.

Multi sacras literas legunt & norunt plae-
rasq; historias Biblicas, sed non aliter quam si le-
gerent historias prophanas de Alexandro magno,
de Iulio Cæsare & alijs imperatoribus, sicut sub
Papatu interdum fuerunt Monachi quibus tex-
tus scripture satis fuit cognitus. Sed quia non
accepit uera fides, etiam si omnes omnium sacra-
rum literarum syllabas numerare potuissent, ta-
men nihil eis profuit.

V. Ex prophanis & blasphemis cogitationi-
bus de Scripturæ autoritate. Quis, inquiunt, cer-
tus esse potest, istos Libros per Mosen, per Pro-
phetas, Euangelistas & Apostolos esse scriptos?
Possunt enim scripta esse suppositicia. Deinde si
maxime certum esset, per hos ipsos scriptos esse,
qui fuerunt Prophetæ, Apostoli, Euangeliſtæ,
An non fuerunt homines, sicut & nos? Quomo-
do igitur certi sumus ipsorum uerbum esse Dei
uerbum?

Tum autem si maxime ab ipsis uerum uer-
bum Dei scriptum esset, tamen longinquitate tem-
poris omnia corrumpi & adulterari potuerunt.

DEFENSIO FIDUCIAE

Ad hanc scriptura obscura & infinita interpretatione
varietas est. Quis igitur uerum sensum nouit &
quis scit, quorum interpretum sententia melior
sit? Omnia igitur incerta & dubia sunt. Hec
incredulitatem adiuuant & augent. Ac mirares
est tot calumnijs obrui scripturam ab aduersarijs,
Cum tantopere Patrum scripta ac traditiones ur-
geant. Quasi non possumus haec eadem de Patrum
& conciliorum scriptis & autoritate obijcere.
Et quo ore ipsi affirmabunt Patrum scripta sacris
literis certiora esse? Non est dubium a Diabolo
prophanas illas cogitationes & uoces suggeri,
quibus promissionum diuinarum certitudo euertia-
tur, & dubitatio prophanis mentibus instillatur.

V I. Ex nimia consideratione nostrae indigni-
tatis & indispositionis, ut Pontificij loquuntur,
ut cum cogitamus promissionem quidem ueram es-
se & Christum uerè mortuum esse, sed afferri
gratiam hanc dignis & perfectis, nos non esse di-
gnos & dispositos ad suscipiendam gratiam, nos
non sufficienter agere pœnitentiam, non satis fir-
miter credere & gratis agere, & multa alia desi-
derari. Si quis in hac indignitatis suæ considera-
tione magis, quam in consideratione perfectissimi
mereti, passionis & mortis Christi detentus flu-
ctuet, iam hac quoq; ratione exoritur dubita-
gio.

VII. Ori-



CONTRA DUBI. PONTIFI.

VII. Oritur sepe dubitatio ex diuersitate fortunarum, ut cum uidemus premi innocentes & crescere sceleratos. Inde enim iudicat ratio, res humanas Deo non esse curæ. Si essent Deo curæ, bonis bene, & malis male futurum.

De hac dubitatione, qua prouidentiam tollit loquitur Philippus in Epistol. ad Roman. cap. 1. de noticijs Naturalibus. Parte tertia, folio 939.

Sciendum est autem non ex illa externa uel felicitate uel infelicitate de uoluntate Dei, quo etiam Salomon cap. 9. respexitse uidetur, sed ex uerbo iudicandum esse. Et quamvis uideantur impi felicissimi & econtra pijs infelicissimi, tamen pijs tripliciter bene, & impijs tripliciter male est.

Primum bene est pijs in hac uita in conscientia. Quia illam bonam & tranquillam habent ratione iusticie imputatae, que summa felicitate est.

Secundo ratione protectionis diuinæ. Quia Deus etiam in hac uita defendit eos & aliqua miscentur malis bona.

Tertio. Bene erit eis in futura uita, cuius felicitatis nullus eris finis.

Econtra male est impijs tripliciter:

1. In conscientia. Quia conscientias habent malas.

G 4

z. Re-

DEFENSIO FIDUCIAE

2. Regulariter atrocibus poenis obruuntur tandem.

3. In futura vita eternis poenis cruciabuntur.

Hic qui uerbum Dei ignorant, ex iudicio rationis uel in dubitationem, uel in arrogantiam incident. Vitanda igitur est dubitatio tanquam pestis, & recte à Luthero pestis & monstrum incertitudinis appellatur.

In Antithesi consideranda sunt efficiencia fidei & dubitationis.

Fiducia est à Deo.

Dubitatio à Diabolo.

Fiducia inest ratione regenerationis.

Dubitatio inest ratione naturae corruptae.

Fiducia ex cognitione uerbi.

Dubitatio ex ignorantia & diffidentia.

Fiducia ex pietate & reuerentia erga diuinam maiestatem & eius uerbum.

Dubitatio ex prophanis & blasphemis deo & eius uerbo cogitationibus.

Fiducia ex consideratione perfectissimi meritii Christi, quo abundè satisfactum est pro totius mundi peccatis.

Dubitatio ex consideratione nostræ perfectionis & imperfectionis.

Ita dubitatio illa, quam ut uirtutem pontificij prædicant, ex hisce lacunis oritur, uidelicet à Diabolo



CONTRA DUBI. PONTI

abolo, à corrupta natura, ex ignorantia uerbe
Dei, ex incredulitate, ex prophanis & blasphemis cogitationibus de scripturæ certitudine, ex
superba & arroganti propriæ dignitatis inquisitione, &c.

Ac cum ex hisce originem trahat dubitatio,
non potest ei locus in iustificatione hominis con-
cedi, sed tanquam pestis animæ nocentissima pro-
fliganda est.

XI.

Ex efficiente falsæ persuasio-
nis & securitatis.

Obijciunt Papistæ quasi securitatem & fal-
sam persuasionem doceamus, dum fiduciam urge-
mus, sed hæc discernenda est à fiducia.

Alia enim sunt efficientia securitatis & fal-
sæ persuasionis. Sunt autem efficientia.

1. Diabolus qui securitatem & falsas persua-
siones operatur in cordibus hominum.

2. Corrupta natura, quæ uel in defectu uel in
excessu peccat.

In defectu peccat, quando diffidit promissio-
nibus diuinis, ubi tamen certum & expressum
uerbum habet. Ut Sara, Zacharias, &c.



DEFENSIO FIDUCIAE

In excessu, quando secura est sine uerbo enim contra uerbum, ut Epicurei, Temerarij, tentantes Deum.

3. Ignorantia uerbi et uoluntatis diuinae secundum uerbum reuelatum. Hinc oritur incerta quædam opinio de bonitate Dei. Imaginatur enim sibi Deum propitium, etiam si nullam agentes poenitentiam in perpetua securitate uiuant, sine fide et sine timore Dei: Deus, inquit, misericors est. Ergo et mei miserebitur. Non erit tam durus, ut me abiiciat in æternas poenas. Ac canit ita quidem Maria in cantico suo: Misericordia eius a progenie in progenies: sed additur de poenitentibus: timentibus eum. Securis ergo et impoenitentibus nulla misericordiae spes relinquitur.

4. Prosperitas externa. Donec enim ex animi sententia succedunt omnia, iudicat ratio hunc carum esse Deo, cui prospira aspirat fortuna, sicut diues, apud Lucam. Securus est et opinatur se Deo multo cariorem esse, quam Lazarum, cum ille omnium rerum successu tumeat et alter ne siccum quidem panem, quo propulset famem, habeat.

5. Opinio propriæ iusticie. Homines enim uanam de sece opinionem concipientes, quod sint iusti,



CONTRA DVBI. PONTI.

iusti, continuo in securitatem & uanam persuasi-
onem prolabuntur. Imaginantur enim tantam
suam esse sanctimoniam & perfectionem, ut De-
us ex debito cogatur ipsis mercedem uitæ æternæ
persoluere. Exempla sunt in Pharisæo apud Lu-
cam & in omnibus iusticiarijs, Monachis & Pa-
pistis.

Vtrq; autem animarum præcipitium est &
utraq; à Papistis docetur. Ac dubitationem doceri
non negant, alteram uero ab ipsis doceri, demon-
strari potest. Docent enim fiduciam in propriis
opera & propriam dignitatem atq; dispositio-
nem, quæ nihil differt a securitate & uana per-
suasione. Exemplum est in Pharisæo apud Lu-
cam, is de peccatis suis securus, statuit se a Deo
damnari non posse. Et persuasionem uanissimam
concepit, se ob externa quædam & imperfecta
opera uitam æternam mereri.

Conferantur iam fiduciæ & falsæ persuasio-
nis efficientia & subsumatur.

Fiducia est ex Deo, qui uerax ex certitudi-
nis autor est.

Qui hunc honorem postulat, ut uerbo ciui si-
ne ulla tergiuersatione credamus.

Qui Spiritum sanctum in corda credentium
mittit, ut nos de uoluntate Dei certificet.

Qui in cordibus nostris clamat Abba pater.

Qui



DEFENSIO FIDUCIAE

Qui σφεγγίσαρβα uel arrhabo est cordibus
credentium, ut certi de gratia Dei esse possint.

Requiritur ergo in iustificatione fiducia cer-
tò statuens Deum credentibus propicium esse pro-
pter Christum.

Econtra.

Falsa persuasio & securitas oriatur à Diabo-
lo, ex corrupta natura, ex peruerso rationis iudi-
cio, ex ignorantia uerbi & uoluntatis diuinæ, ex
prosperitate externa, ex opinione propriæ iusti-
tie, ex prophanis & blasphemis de Deo & uerbo
Dei, de homine & cius dignitate speculationi-
bus.

Ac cum ex his fontibus oriatur, necesse est
falsam persuasionem & securitatem longissimè à
fiducia in Christum discernendam & tanquam pe-
stem animarum fugiendam esse.

Diversissima enim sunt efficientia Deus &
Diabolus. Spiritus sanctus & ratio humana.

Vtraj; autem exitiosa est.

Si quis enim dubitat de gratia Dei, Deum
mendacem facit. Quia non credit promissioni, &
quò magis tales se disponere conantur, eò pro-
fundius in barathrum dubitationum immarginat-
ur, nec Deum inuocare nec in temptationibus Di-
abolo resistere possunt. Imo ianuas & fene-
stræ

CONTRA DVBI. PNOTI.

frat^s Sathanæ aperiunt, scq; ut inermes ultrò eius furori obijciunt, nec certam consolationem in agone mortis habere, nec remissionis peccatorum participes fieri possunt.

Econtrari si quis præsumat, se satis dispositum esse ad gratiam suscipiendam, ptopter suorum operum perfectionem & sufficientiam, latrociniū & sacrilegium grauiſſimum committit.

Furatur enim Christo suum honorem & suis misellis operibus, que nibil nisi peccata sunt, cum fiant extra fidem, tribuit iustitiam, quæ operibus & meritis Christi solius, tribucnda erat.

Hinc oritur Pharisaica superbia, arrogantia, securitas & inanis iusticiæ persuasio. Ab altera parte igitur dubitatio, ab altera securitas & persuasio inanis. Ex consideratione propriæ dignitatis seposito Christo, dubitatio. Ex consideratione propriæ dignitatis, seposito Christo, securitas & uana persuasio. Vtq; autem modo impediuntur & excluduntur à uita eterna.

Hæc securitas & inanis persuasio longissime discernenda est à fiducia misericordiæ diuinæ, nec nos cum fiduciam docemus, securitatem & uanam persuasione docemus, sed hæc Papistarum doctrina propria est, qui fiduciam in propria opera collocare iubent.

Ita



DEFENSIO FIDUCIAE

Ita illi extrema fidei cum in excessu, tum in defectu docent, & fidem ipsam ex Ecclesia extermiant.

Ex hoc efficientium discrimine iudicari potest, utri ex fundamentis uerbi diuini θεος ὁ πότερος, ut sic dicam, doceant, nos ne qui certam fiduciam docemus, an uero illi qui dubitationem & arrogantiam Pharisaicam postulant. In utrumque incidit Cain.

Primum habet uanum persuasionem de propria dignitate & dispositione, qua se idoneum putat ad æternam uitam impetrandam.

Secundo. Post occisum fratrem iudicans impossibile esse, ut peccata tam atrocia sibi remittantur, dubitat de gratia Dei & prolabitur in desperationem.

Cainica igitur est doctrina illa, & recte Patriarcham suum Cainica Ecclesia imitatur.

In neutrum impingit Petrus cum conuertitur. Non intuetur propriam dispositionem uel dignitatem, sed respicit dignitatem Christi, ea nimitur. Ideoq; non sit arrogans nec intumescit, ut Phariseus, suorum operum dignitate. Deinde non dubitat de gratia Dei, sed certò statuit se propter Christum peccatorum remissionem impetrare.

Ex

CONTRA DUBI. PONTI.

Ex his colligimus iam.

Fiducia est ex Deo, qui uerax & certitudinis autor est, qui hunc honorem postulat, ut uerbo eius sine ulla tergiuersatione credamus, & ob id ipsum spiritum sanctum in corda nostra mittit, ut nos de uoluntate Dei certificet, ut in cordibus nostris clamat Abba pater, ut sit σφερις, arrha uel arrhabo in cordibus credentium, ut certi de gratia Dei esse possumus.

Ergo fiducia & non dubitatio requiritur.

Econtraria Dubitatio & falsa persuasio sunt a Diabolo, ex corrupta natura, ex ignorantia uerbi Dei, ex prophanis & blasphemis speculatiōnibus de Deo & uerbo Dei, de homine & eius dignitate, &c.

Ergo Dubitatio & falsa persuasio non requiruntur in iustificatione, sed ut pestes animarum fugiendae sunt.

XII.

Ex instrumentalibus causis
fiduciae.

Instrumentales cause fiduciae sunt uerbū & Sacramenta. Verbum autem certum & immotum



DEFENSIO FIDUCIAE

motum est, sicut scriptum est: Cœlum & Terra
transibunt: Verba autem mea non transibunt.
Ac ideo Verbum certum & expressum proposi-
tum est, ut per certum uerbum reddamur certi-
de certa & immota uoluntate Dei erga nos.
Quod si dubitare nos uoluisset, non prodijisset
Deus ex arcana sede sua, nec uoluntatem suam
in uerbo reuelasset, nec Prophetas, Apostolos &
Enangelistas dedisset, nec Christus ipse de Cœlo
in carnem uenisset, suamq; uoluntatem & uerbis
& factis declarasset. Atq; hæc firmissima petra
& tutissimum asylium nostrum est, quo confuge-
re possumus, uidelicet uerbum Dei, in quo certa
nobis consolatio proposita est.

Per hoc uerbum Deus fiduciam in cordibus
piorum operatur. Hoc uerbo ueritatis ut Pau-
lus appellat, confirmat corda, ut certo statuere
possint, se esse in gratia.

Secundo. Idem Sacramentorum officium est.
Ideo enim instituta sunt, ut sint signa certitudi-
nis, ut sint uisibilia inuisibilis gratiae signa, ac
non in genere tantum, sed in specie etiam, ita
ut singuli sibi promissionem gratiae applicare
possint. Ita Baptismus & Cœna domini
sunt signa certitudinis sicut & Absolutio.

Quo



DEFENSIO FIDUCIAE

Quo sine aliis baptisamur, si baptismus est signum in certitudinis? Quia fide infantes nostros baptisari iubemus, si non de infantum salute certi sumus? Quomodo credemus puerum acceptum esse Deo? Quia fide accedimus ad coenam Domini, si cena Dominicana non est certum gratiae diuinæ signum?

Perficia sunt verba Baptismi. Qui credit et baptisatus fuerit saluus erit. Et in institutione cena iubemur recordari mortis Christi. Ita baptismus certum salutis signum est in credentibus.

Nam ideo fides adjicitur. Et cena Domini certum signum est, nos etiam participes fieri mortis et omnium beneficiorum Christi, si fiducia certa Christum apprehendamus.

Ita Rom. 4. Circumcisio dicitur sigillum iusticie Dei, et Gal. 3. Quotquot baptisati estis Christum induistis, et 1. Pet. 3. Baptismus stipulatio bona conscientiae dicitur.

In cena Domini singulis non indignè acceditibus specialiter applicantur verba: Accipe, ede. Hoc est corpus meum, quod pro te traditum est; et cetera.

In oratione Damasceni: dignare ut accipiam ad arrhabonem futurae vite et regni.

Ob eandem causam et specialis absolutio usurpatur, ut singulis in specie applicetur pro-

DEFENSIO FIDUCIAE

missio gratiae iuxta mandatum Christi, Quorum
remiseritis peccata, remissa erunt eis. Quicquid sol-
ueritis in terra, solutum erit et in cœlis.

Et memorabile est illud Gersonis, qui dispu-
tat absolutionem non in optatiuo modo, sed in in-
dicatiuo pronunciandum propter certitudinem. Ita
Nathan absoluturus Davidem vtitur indicatiuo
modo: Absulit Dominus peccatum tuum. Et Chri-
stus: Fides tua saluam te fecit. Wade in pace, non
inquit: in dubitatione. Confide fili. Remittuntur
tibi peccata tua, non dicit: dubita fili.

Hinc colligimus hanc sententiam.

Verbum promissionis ideo patefactum est et
ob hanc causam omnia signa gratiae, circumcisio,
Baptismus et ecœna Domini instituta sunt, ut sint
evidenter certitudinis signa et non dubitatio-
nis et ob hanc quoq; causam absolutio instituta est,
ut singuli qui absoluuntur a peccatis, certi sint se cu-
iam in Cœlis absolutos esse.

Ergo fiducia et non dubitatio requiritur.

XIII.

De instrumenta lib. dubitatio-
nis.

Sicut



CONTRA DVBI. PONTI.

Sicut Spiritus sanctus per verbum Dei,
quod certum & infallibile est, operatur fiduciam:
Ita Diabolus per doctrinas pontificias operatur
dubitatem. Nam sicut ipse Diabolus mendax
& pater mendacij est: Ita etiam pater est ambigu-
itatis & dubitationis. Atq; ad hanc rem tanquam
aptissimo instrumento utitur doctrinis Pontificijs,
que iubent dubitare, Vtrum homo sit in gratia. Atq;
hoc instrumento non paucas, sed infinitas animas
euertit. Ideo Lutherus dicit: in Epistola ad Gal:
ista sententia vulgatissima & receptissima fuit
principium & articulus quidam fidei in toto Papa=
tu, quo doctrinam fidei prorsus obruerunt, &c.

Deinde idonea ad efficiendam dubitationem mea
dia fuerunt infinita cultuum & traditionum gene-
ra, que omnia in hoc instituta fuerunt ut homines
in perpetuis dubitationibus retentos & viuos &
mortuos excarnificantur.

De his & supra dictum est in tertio capite.

1. Iubent de gratia Dei dubitare.

2. Abducunt à promissione Euangeliū ad legem.
A Christo ad Mosen et iubent homines se prepa-
rare ad gratiam. Idq; fieri dicunt si quis integrē
preflet omnia opera penitentiae & caritatis. Et

H 2

addunt

DEFENSIO FIDUCIAE.

addunt nemine certum esse posse virum hac omnia
præstiterit. Relinquunt igitur in dubitatione.

3. Quia perfectionem legis hac imbecillitate
nemo consequitur, abducunt ulterius non tantum
ab Euangelio, sed etiam à lege diuina ad tradicio-
nes humanas & per illas salutem pollicentur.

Hinc vota monastica ut statum perfectionis
vicerunt & cultus electios sine fine & modo cu-
mularunt, ita, ut impossibile esset, ulli homini pre-
stare omnia, quæ monachorum audacia & impu-
dicia excogitauit.

4. Quia in monachatu etiam dubitatio relin-
quebatur conscientijs, propterea, quod omnes tra-
ditiones nemo explere posset, indulgentias excogi-
tarunt, per quas remitterentur, quæ neglecta puta-
bantur.

Erant autem indulgentiae non tantum pro-
pter monachos excitatæ, sed ut tanquam retia
pecuniarum extenderentur per uniuersum mun-
dum.

Emungebantur omnes homines pecunijs,
qui has vel illas traditiones humanas trangressi vi-
debantur.

5. Imponebantur & satisfactiones, peregrina-
tiones



CONTRA DVBI. PONTI.

tiones & alia ex iubebant tamen dubitare, utrum
sufficientes essent satisfactiones.

6. Vendebantur & missæ tanquam remedia
contra peccata, que ipse quoq; incertas relinque-
bant conscientias.

Ideoq; non tantum pro viuis, sed etiam pro
mortuis celebrabant. Et mortuo quidem Papa per-
multas celebrare consueuerunt missas, plures quam
vulgaribus hominibus mortuis, fortasse quia de
Pontificum magis, quam de aliorum salute dubi-
tandum esse, & quod pluribus, quam vulgares ho-
mines sceleribus obnoxios fuisse censebant. Durant
exequæ decem diebus. Et primo die pro anima
Papæ celebrantur 200. missæ sequentibus diebus
100. Mille igitur & centum missæ pro anima
Papæ celebrantur.

Ita ostendunt dubitationis doctores se non
tantum de sua, sed etiam de sanctissimi patris sui
Papæ salute supra modum dubitare, cum non una
atq; altera, sed plusquam mille missæ vix sufficere
posse videantur.

7. Iubent dubitantes de Dei gratia configere
ad intercessiones sanctorum mortuorum & quidem

H 5 ad

DEFENSIO FIDUCIAE

ad nonnullos sanctos, qui nunquam in rerum na-
ura fuerunt.

Neglecto igitur vero Deo iubent inuocare
id, quod nec creatoris nec creaturæ nomine conti-
netur & deducunt ad id, quod nihil est, quod nec in
cello nec in terra vñquā extitit. Et quod absurdius
est iubent inuocare Pontifices, abbates et monachos
quosdam damnatos, qui propter idolatriam non in
cello locum habere possunt, sed iuxta expressum Dei
uerbum ad æternas penas destinati sunt. Egregio
am vero & certam salutem inde reportabunt.

2. A morientibus pecunias ad missas, aras, tem-
pla monasteria ex alia nonnulla extorquebant ex-
tamen relinquebant scrupulos conscientijs satis ne
liberaliter, an parcus, quam debebant, dederint.

Et cum quis omnem monachis substantiam
elargitus esset & certam ei de salute æterna magnis
verborum ampullis spem fecissent, mortuum ta-
men à purgatorio non liberabant, id quod ex se-
quenti fabula, quam ipsi Pontificij recitant, ani-
maduerti potest.

Affirmant enim prædiuitem quendam
uirum ex hereditate liberis suis omnia bona sua in
Testamento legasse Deo, id est, uentribus Mona-
chorum. Et cum confirmare uellet Testamen-
tum, chirothecam uersus Cœlum proiecisse, quasi
qui



C O N T R A D V B I . P O N T I .

qui dextram Deo pro confirmatione Testamenti porrecturus esset, eamq; chirothecam in terram nō relapsam, unde indicari posset, hanc liberalitatem Deo placuisse. Deinde Deum hæreditibus istius pīj Viri ita benedixisse, ut multo maiores opes, quam ex hæreditate habituri erant, largitus eis fuerit.

Huiusmodi enim fabulis homines inescare & pecunijs emungere consueuerunt. Sed illud hic obseruetur. Quid hac omnium honorum donatione imperatum dicunt? Non quod uitam æternam impertrauerit, sicut id polliceri, quamvis falso consueuerunt, sed quod hæreditibus eius corporalis quedam compensatio contigerit. Vbi igitur salus? Vbi uita æterna? De ea uerbum nullum. Nam animas ad Purgatorij cruciatus reseruari docent, donec sufficiens ibi satisfactio pro peccatis siue occultis, quæ in hac uita non fuerunt agnita, siue pro manifestis, pro quibus nondum satisfactum fuit, præstetur.

Ita nihil minus in dubitationibus conscientie relinquuntur, etiam si omnia largirentur.

9. Sicut missas, ita & indulgentias & peccatorum remissionem pro certa pecunia summa iuxta Taxam camere pœnitentialis Romæ vendebant & peccata quidam contra traditiones Pontificum maiori, peccata autem contra mandata

DEFENSIO FIDUCIAE

Dei, minori pecunia. Extollitur enim Pape auctoritas supra Deum, supra angelos, supra Patriarchas, Prophetas & Apostolos & supra omnes creature.

Exempla multa sunt in Taxa camere pœnitentialis.

Exemplum.

Qui contraxerunt in cognitione spirituah, taxantur Turo: 17. Duc: 3. Karl: 9.

Si cognatio huiusmodi fuerit duplex, taxa est. Turo: 30. Duc: 7. Karl: 2.

In compaternitate dispensatur tantū per signoriam Papæ vel sede vacante, per signoriam summi pœnitentiarij. Et taxa est Turc: 50. Duc: 12. Carl: 3.

Parricidium, matricidium, fratricidium, Sorocidium, taxatur pro uno, tantum Turc: 4. Duc: 1. Karlin: 8.

Si quis igitur parricidium commiserit, peccati sui remissionem unico ducato emere poterit.

Si compatriam matrimonio sibi iunxerit, tantum committit peccatum ut duodecim ducati vix sufficient, & absolu non potest a vulgaribus sacerdotibus, sed per signoriam Papæ vel summi pœnitentiarij.

Et auaritia adeo inexplicabilis erat, ut non tantum preterita venderent peccata, sed etiam licentiam in futurum permetterent.

Exem-



CONTRA DVBI. PONTI.

Exemplum.

Pro eo, qui medendo incurrit irregularitatem Tur: 36. Duc: 9.

Si vero petatur etiam licentia in futurum, ut videlicet imperiti medici, vel impostores impune occidant homines. Tur: 50. Duc: 12. Karl. 6.

Hæc & alia pudenda in taxa cameræ pœnitentialis ponuntur & negari nullo modo possunt.

10. Nec nudam tantum peccatorum remissio nem, sed etiam diplomata sigillis, cera & plumbo egregie confirmata vendebant, quibus pontifices, Episcopi & Archiepiscopi D. Petro mandabant, ut sine villa exceptione eos, qui huiusmodi diplomatis armati ad portam cœlorum proficerentur, intro mitteret.

Exemplum Moscobicum.

Macaria Dei gratia Archiepiscopus &c. Domino & amico nostro D. Petro Ianitori Dei omnipotentis. Mandamus & notum facimus tibi, quod Sedor Solodomirski princeps seruus Dei hoc tempore ex hac mortali vita emigravit. Hunc tu sine villa mora & impedimento intromittes in regnum Dei. Nos enim plenariam omnium peccatorum indulgentiam ei impendimus, & benedictionem Apostolicam communicauimus. At tu caue, ne quid contra man-

H 5

datum



DEFENSIO FIDUCIAE

datum nostrum molaris. Et ne quid alius forte
ei eueniret, hoc eum absolutionis nostrae testimonio
instruximus.

Datæ in Monasterio nostro Kio-
fa, Anno 1541. 30. Iulij.

Et si autem huiusmodi literas sigillis confir-
matas morientibus uendebant, & certam salutis
spem proponebant, defunctorum tamēn hæredibus
persuadebant, nondum esse salutem certam, eo quod
in litteris respiciatur ad peccata agnita. Si que
sint peccata occulta, & nondum agnita, ea reserua-
ri ad purgatorium. Eaq; non remitti, nisi institu-
antur Missæ pro defunctis, etc.

Ita nullus dubitationum erat finis.

Monachatus status perfectionis dicebatur,
& iubebantur nibilominus Monachi dubitare.

Imponebantur satisfactiones & iubeban-
tur de satisfactionibus dubitare.

Vendebantur Missæ, indulgentiæ, diploma-
ta, sigilla, intercessiones Sanctorum, Monachorum,
& iubebantur de his omnibus dubitare. Restare
enim Purgatorium fingebar, in quo ab occultis
peccatis purgandi credebantur. Recte quidam
sub Papatu hanc Monachorum mentiendi libidi-
nem



CONTRA DVBI. PONTI.

nem reprehendit, & cum in Purgatorio uxoris defunctæ animam cruciari affirmarent, non, inquit, credere hoc possum. Habeo enim literas & sigillum, quod ab omnibus peccatis sit absoluta.

Hæc est similia fragmenta infinita eò instituta fuerunt, ut nunquam ex dubitationis & desperationis fluctibus emergere homines miserrimi possent.

Et hanc insuper dubitationem encomijs impudentissimis ornant, & tanquam eximiam uirtutem non tantum prædicant, sed ab omnibus saluandis sub anathemate postulant. Nec quicquam pretermittunt, quo hanc dubitationem, cum in suum in aliorum perniciem defendant, idq; igne, gladio, laqueis & anathematis.

Secundo. Ut hac ratione à conscientijs coangustatis pecuniae, quantum uolebant, extorquent. Dubitatio enim singulare Satanae artificium fuit, quo culmis Papistarum liberaliter prospexit.

Ita dubitationis instrumentales cause sunt, quibus Diabolus uititur ad euertendam fidem doctrinæ hominum, traditiones humanæ, cultus electiij extra uerbum, persecutio[n]es, anathemata illegitima ex diabolice. Satius est igitur dubitationem una cum doctrinis hominum, cultibus electijs, & anathematis impijs repudiare & fiduciam, quam per uerbum & Sacra[m]enta Spiritus sanctus operatur, retinere & tueri.

Ex



Ex materiali causa seu ob-
iecto Fidei.

Obiectum fiduciae est promissio Dei, Christus, Passio, mors, resurrectio. Deniq; omnia beneficia Christi.

Ad has res enim respicit fiducia & his niti-
tur tanquam fundamento & firmissima petra.

Testimonia. Rom. 4. Credidit Abraham
Deo.

Ephe. 3. In Christo Iesu Domino
nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in
confidentia per fidem eius.

Ebr. 10. Habentes itaq; fratres fiduciam in
introitu sanctorum in sanguine Christi, &c.

Ita fides respicit Deum, promissionem Dei,
Christum, sanguinem Christi, merita Christi, &c.

In his autem nulla incertitudo, nullus dolus,
nulla fraus vel impostura est, sed omnia certissima
& immota sunt.

Ideo tale obiectum fidei proposuit Deus, ut
haberet fides fundamentum immotum, cui innitere-
tur.

Ideo dicitur 2. Pet. 1. Verbum Domini mda-
net in æternum.

Cœlum & terra transibunt, verba autem
mea non transibunt.

Ideo

C O N T R A D V B I . P O N T I .

Ideo scriptura proponit & exaggerat Dei
ueritatem, sapientiam, potentiam & bonitatem, ut
certò ei fidamus.

Ideo dicitur Deus nostra fortitudo, petra,
firmamentum, refugium, præsidium, adiutor, de-
fensor. Quia uult nostram fiduciam acquiescere in
promissione sua tanquam in firmissima petra. Et
Augustinus rectè dicit: Totius fiduciae certitudo est
in precioso sanguine Christi.

Ac cum tanta sit obiecti certitudo, cum nul-
lus dolus, nulla fraus & impostura sit in Deo &
in eius uerbo, non est de Dei gratia dubitandum, sed
certo statuendum, promissiones esse uerissimas &
certo nos salutem per Christum consequit.

Deinde ob hanc causam uires humanæ &
omnia opera humana remouentur ab obiecto fidei,
ne si ijs niti uelimus, cum in conspectu Dei constare
non queant, dubitare cogamur.

T E S T I M O N I A .

1. Cor. 3. Fundamentum aliud ponere ne-
mo potest, præterquam id, quod positum est, quod
est Christus Iesus. Hic omnia alia obiecta uniuers-
saliter excluduntur.

Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem
per fidem Sine operibus legis. Fides igitur non
debet nisi suis operibus, quæ ex lege sunt.

Rom. 8. Sensus carnis mors est.

Ibid.



DEFENSIO FIDUCIAE

Ibidem. Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Legi enim Dei non est subiectus. Nec enim potest.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei. Stulticia enim est illi, & non potest intelligere.

Luc. 18. Phariseus confidens suis operibus condemnatur. Publicanus confidens misericordiae Dei, iustificatur.

Cæsarius Homil. 7. docet, Non ad propriam dignitatem, sed ad misericordiam & omnipotentiam Dei respiciendum. Qui uero ad hoc obiectum non respiciunt, eos contra se ianuam misericordiae diuinæ claudere. Dictum eius pulcherrimum recitat in infra de incommodis dubitationis.

Sicut igitur superiora dicta ostendunt, fiduciam niti debere firmissimo obiecto uidelicet Deo, promissione Dei, Christo, sanguine Christi. Ita haec ostendunt in antithesi non esse fiduciam collaudandam in alia fundamenta extra Christum, nec in opera nostra, nec in uires humanas, quæ intelliguntur per hominem animalem, per sensum carnis, etc.

Causa autem cur potius Deo & eius uerbo quam homini & humanis rebus fidendum sit. Rom. 3. exprimitur. Quia Deus uerax est.

Omnis



CONTRA DVBI. PONTI.

Omnis autem homo mendax. Homo enim &
omnia humana uanitati obnoxia sunt.

Et 1. Cor. 2. stulticia dicitur.

Rom. 3. intimitia aduersus Deum, Mors, etc.

Summa. Deus & omnia diuina certa sunt.

Homo & omnia humana incerta.

Et ideo ab incertis, dubijs & fallacibus p̄c-
sidijs, ad certam indubitatam, & infallibilem Dei
ueritatem renocat fiduciā nostrā, ne cogamur dubia-
tare, sed ut certo possimus statuere de salute nostra.

Hanc causam Lutherus in Epistola ad Gal.
cap. 4. recitat. Hoc, inquit, fundamentum est no-
strum. Euangelium iubet intueri nos, non benefa-
cia & perfectionem nostram, sed ipsum Deum pro-
mittentem, ipsum Christum mediatorem. Econtra.
Papa iubet respicere, non Deum promittentem, non
Christum Pontificem, sed Nostra opera aut me-
rita. Ibi necessario sequitur dubitatio & desperatio,
illuc uero certitudo & gaudium Spiritus. Quia in
Deo hæreo, qui mentiri non potest, dicit enim :
Ecce trado filium meum in mortem ut te sanguine
suo redimat a peccatis & morte. Ibi non possum
dubitare, nisi prorsus uelim Deum negare. Atq;
hec est ratio, cur nostra Theologia certa sit. Quia
rapit nos ē conspectu Nostro & ponit nos ex-
tra nos, ut non nitamur uiribus, conscientia, sensu,
persona, operibus Nostris, sed eō nitamur, quod
extra



DEFENSIO FIDUCIAE

extra Nos est, hoc est, promissione & ueritate
Dei, quæ fallere non potest.

Hic utrumq; obiectum exprimitur.

Fiducia odicctum certum est: Deus, pro-
missio, ueritas Dei, Christus, meritum Christi.

Igitur & fiduciam oportet esse certam.

Dubitacionis obiectum sunt Homo, uires
humanae, opera & merit a humana. Hac autem
imperfecta & incerta sunt. Necesse igitur est re-
linqui in dubitatione eum; qui his incertis funda-
mentis nititur.

Fiducia ædificat in firmam petram. Ideo
uentorum flatus & tempestatum impetus sustinere
potest.

Dubitatio ædificat in arena, in uiribus hu-
manis, in proprijs meritis.

Ideo in temptationibus Sathanæ ictus & tela su-
stinerem non potest, sed euertitur & adigitur ad de-
sperationem.

Ex certitudine igitur obiecti, cui fides Chri-
stiana innititur, sequitur, certam fiduciam & non
impian dubitationem in iustificatione requiri.

Ita oportet fiduciam esse firmam ratione
obiecti, quod fides apprehendit. Quia in hoc ob-
iecto nulla potest inueniri causa dubitationis.

Cur enim de Deo dubitabimus? An non ue-
rax est? An non omnipotens? Cur igitur ipsi non
creden-



CONTRA DVBI. PONTI.

erēdendum est? Cur sacramenta instituta sunt, nisi ut de uoluntate Dei certi simus? Hic quia elabi non possunt, uelint, nolint, concedere coguntur de Deo & promissionibus diuinis non esse dubitandum. Aliud igitur obijcunt. Etsi de Deo non dubitandum sit, tamen de nobis dubitandum esse.

1. Quod infirmi. 2. Quod indispositi simus. Distinguunt igitur inter obiecta fiducie, inter Deum & hominem. Et de Deo concedunt dubitandum non esse. De hominis autem viribus, perfectione & dispositione dubitandum esse.

Respondeo. Ob illam ipsam causam Deus uult, ut nostra fiducia nitatur solius Dei gratia, quae certa & immota est, & ut non nitatur nostris viribus, quae infirma & fallaces sunt.

Nihil igitur illa distincio impedit doctrinam de fiducia. Quia docemus de Dei uoluntate non esse dubitandum. Illi firmiter inhārendum est, tanquam firmissimae petræ. Imo de nostris etiam viribus non est dubitandum, utrum firmi & dispositi simus. Certo enim statuendum est, quod in hac uita semper infirmi & gratia Dei indigni reperiamur. Nec offert Deus suam gratiam propter nostram dispositionem uel dignitatem. Quomodo enim ad suscipiendam gratiam dispositi era-

DEFENSIO FIDUCIAE

in us ante conditionem mundi, cum adhuc nihil essemus, cum in Christo eligeremur?

Item, Cum inimici Dei essemus & nihilominus ad gratiam Dei uocaremur?

Math. 11. Christus iubet ad se uenire omnes infirmos, oneratos, laborantes.

Esaiae 42. Calamum quassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.

Paulus 1. Cor. 15. Conqueritur de sua infirmitate, ubi se partum immaturum, & nomine Apostoli indignum dicit, & Rom. 7. fatetur nihil in sua carne bonum, & se ad mala procluem potius, quam ad bona & legem aliam in membris repugnantem legi mentis reperiri.

Etsi autem tanta sit infirmitas, tantaq; dignitas, ut uel nomine Apostoli indignum se iudicet, tamen nullo modo sua infirmitate & indignitate deterritus, abiecta omni dubitatione scribit ad Rom. 8. Quis nos separabit a dilectione Dei? Tribulatio an Angustia? an famae? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? &c. Sed in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos.

Certus sum enim quod neq; mors neq; uita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia neq; futura, neq; altitudo, neq; creatura alia



CONTRA DVBI. PONTIFI.
atia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ
est in Christo Iesu Domino nostro.

David homicida & adulter, si ad suas qualia-
tates respiciat, nimium sanæ ad gratiam suscipi-
endam indispositus est. Audiens tamen absoluti-
onem Prophetæ Nathan, certò statuit se in grati-
am à Deo recipi.

Hinc concludimus. 1.

Si fiducia obiecta Deus, promissio Dei, ue-
ritas & omnipotentia Dei, Christus, incarnatio,
passio, mors, resurrectio & ascensio Christi certa
& immota sunt, oportet iustificandum illis obie-
ctis certa fiducia inniti.

Sed hæc obiecta certa & immota sunt, Ergo
certa fiducia illis innitendum est.

2.

Vbi certa & immota sunt obiecta, ibi nullo
modo dubitandum est.

In iustificatione proponuntur certa & im-
mota obiecta, Deus, promissio Dei, &c.

Ergo in iustificatione nullo modo dubitan-
dum est de Deo, promissione Dei, &c.

3.

Vbi obiecta sunt infirma, incerta, imperfe-
cta, dubia, ibi nulla potest esse salutis certitudo.

I 2

Omnia



DEFENSIO FIDUCIAE

Omnia opera humana, preparatio, dispositio, dignitas, &c. sunt infirma, incerta, imperfetta, dubia.

Ergo ex his nulla potest esse salutis certitudo, & per consequens non est fidendum operibus humanis, preparationibus, dispositionibus, dignitatibus, &c.

Respicentes igitur ad nos & nostra, humiliemur & nostram imbecillitatem, in qua nulla salutis certitudo est, agnoscamus.

Respicentes autem ad Deum, ad diuinam promissionem, ad Christum & opera Christi, passionem, sanguinem, mortem, resurrectionem, erigamur & Dei omnipotentiam, ueritatem, beatitudinem, & misericordiam, in quibus certissima nobis salus proposita est, agnoscamus, ijsq; certa fiducia inhærescamus.

XV.

Causa finalis fiduciæ.

Finis fiduciæ est remissio peccatorum, iusticia & uita æterna. Eò enim directa est fiducia nostra. Huc accommodari potest similitudo Pauli 1. Cor. 9. de ijs qui in stadio currunt. Illi enim non ita

CONTRA DVEI. PONTI.

ita currunt, ut aberrent, sed ita, ut certam spem
co*cipi*ant, se propositum prae*mium* consecuturos.
Currite inquit, ut appr*ehend*atis. & : Ego sic
curro, ut non in Incertum, non uelut aerem fe=
riens.

Econtra dubitatio nullum sibi certum finem
propositum habet, sed currit tanquam non con=
secutura prae*mium*, currit ut non appr*ehend*at,
currit ut in incertum & uelut aerem feriens, si=
cut ouicula errabunda hinc inde per sylvas cursi=
tat, donec ad prae*cipit*um aliquod delata, mi=
serè pereat.

Ita dubitatio errantes conscientias circum=agitat, donec in extreum desperationis exitium
prae*cipit*et.

Quid tota nostra Religio est, si nulla salutis
certitudo est? si eadem cum Turcis, Mahometi=stis, Iudeis & Moscabitis salutis incertitudo est,
quod tandem religionis ueræ & false discrimen
relinquetur?

Properat fides nostra ad certam metam.

Et Paulus certa uitæ æternae spe concepta
dissolui & esse cum Domino cupit. Si dubitasset
de salutis certitudine, inter spem metumq; suspen=

sus nequaquam dissolui cupiuisset, uitæ presentis
qualemcumq; conditionem potius boni consultu=

DEFENSIO FIDUCIAE

rus, quam periculum æterne damnationis subi-
turus.

Quæ enim præsentis uitæ ratio erat, sciebat.
Dubitanti autem, quæ futura erat, incerta fui-
set.

Verè Epicurea religio est, quæ dubitationis
dogma defendit.

Epicurei enim consueverunt dicere :

Ich lebe vnd weis nicht wie lang /

Ich mus sterben vnd weis nicht wan /

Ich fare von dann weis auch nicht wohin /

Mich wundert das ich so frölich bin.

Illa Epicurea incertitudo nihil aliud est,
quam dubitatio Papistica. Et ideo Epicuream
agunt uitam. Quia omnia ipsis incerta sunt.

Hunc Epicurismum execrantur credentes,
qui & per omnem uitam & in postremo agone
certi sunt, se emigraturos ad congregationem
sanctorum Patriarcharum, Prophetarum &
Apostolorum. Christianus igitur dicit :

Ich fare vnd weis Gott lob wo hin /

Worumb solt ich dann traurig sein.

Hiob 19. Scio quod redemptor meus uiuit,
Et in carne mea uidebo dominum : Quem uisus
sum ego ipse, & oculi mei conjecturi sunt.

Et Stephanus moriens, certus quo euasus
rus sit, spiritum suum commendat filio Dei.

Hinc



CONTRA DVBI. PONTI.

Hinc subsumimus.

Finis fidei certus, dubitationis incertus est.

Ergo fiducia & non dubitatio requiritur in
iustificatione.

XV I.
De effectibus.

Spiritus sanctus illuminans corda accendit
ueram mediatoris notitiam, assensum & firmam
fiduciam ac certificat corda, ut certo statuant se
propter Christi mortem & uulnera in gratia esse
apud Deum, secundum ipsius promissionem, quæ
fallere non potest.

Hæc certitudo, ταλυφορία, τασσήσια &
firmamentum fidei est opus & effectus Spiritus
sancti.

Deinde Spiritus sanctus habitat in credenti-
bus tanquam in Templo suo. Vbi autem præsens
est, oculos esse non potest, sed efficax est. Sicut
arbor bona facere non potest, quin fructus bonos
proferat. Et sicut ignis latere non potest, quin
fumum aliquem emittat: Ita fides uera & ar-
dens latere non potest. Et Spiritus sanctus,
qui fidei autor est, non latet, sed hominem, in quo
habitat non tantum de uitæ eternæ certitudine
certificat, sed etiam ad proferendos fructus Spi-
ritus impellit.



DEFENSIO FIDUCIAE

Tales fructus sunt, de quibus Paulus paſſim concionatur. Ut Gal. 5. Fructus ſpiritus ſunt caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bo- nitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, con- timentia, caſtitas.

Ibid. Qui autem ſunt Christi, carnem ſu- am, cum uitijs & concupiſcentijs, cruciſixerunt.

Sic Lutherus in Epiftola ad Gal. 4. Ex præ- ſentia & effectibus Spiritus sancti certitudinem gratiæ colligit. Vbi enim is adest ex ex effectibus adeffe depræhenditur, ibi de uoluntate Dei non eſt dubitandum.

Vbicunq; adest Spiritus sanctus & habitat in ijs, tanquam in ſuo Templo, ibi certos eos redit de gratia Dei. Quia præſentia Spiritus sancti eſt certum ſignum gratiæ Dei.

In ijs autem, qui ſentiuunt amorem erga uer- bum Dei, qui libenter audiunt, loquuntur, cogi- tant, dictanteſ & ſcribunt de Christo, in ijs inquam, uere adest Spiritus sanctus, & in ijs tanquam in ſuo Templo habitat.

Ergo qui hos Spiritus sancti effectus in ſeſe depræhendunt, qui ſentiuunt ſingularem amorem erga uerbum Dei qui libenter & ar- denter uerbum Dei audiunt, de uerbo lo- quuntur, aſſidue de uerbo meditantur, &c. hi
non



CONTRA DVBI. PNOTI.

non debent dubitare de gratia Dei, quia certi sunt se habere Spiritum sanctum, qui in ipsis operatur amorem & ardorem erga uerbum Dei, qui omnes eorum cogitationes & actiones regit & gubernat iuxta uerbum Dei, qui eos arcit a peccatis contra conscientiam & ab omnibus atrocibus delictis, quibus expellitur Spiritus sanctus. In horum cordibus Spiritus sanctus, ut supra ostensum est, testimonium praebet spiritui eorum, quod sint haeredes uitae aeternae, & est sigillum certitudinis, obsignans corda eorum ad certitudinem uitae aeternae, & est arrha uel arrhabo seu obzes, qui ideo in corda nostra mittitur, ut nos certos de gratia efficiat, & ubi cunq; est ibi ociosus non est, sed operatur ita ut ex effectibus praesentia eius animaduerti posse. Hinc irrefragabiliter sequitur.

Quicunq; habent Spiritum sanctum certos sunt in gratia.

Omnes autem in quibus sunt effectus Spiritus sancti, habent ipsum etiam Spiritum sanctum.

Ergo omnes in quibus sunt effectus Spiritus sancti, sunt in gratia.

Huc illud Paulinum 2. Cor. 13. Vos ipsis tentate, num sitis in fide. Vos ipsis probate. An non cognoscitis uosmet ipsis, quod Iesus Christus

DEFENSIO FIDUCIAE

in nobis habitat. Et Gal. 6. Opus suum prombet unusquisque, quasi dicat, Intucatur quisque omnes sue uite actiones, non tantum externas, sed etiam internas & examinet eas iuxta normam uerbi diuini & sic animaduertet, utrum conseniant cum uerbo, an uero ab eo dissentiant. Si deprehendit consentire cum uerbo, & se omnes conatus eodem dirigere, ut faciat, quantum in hac naturae imbecillitate auxilio Spiritus sancti fieri potest, cogitet hos ipsos conatus opera esse Spiritus sancti, qui in ipso efficit hos motus internos & bonas actiones externas.

Sunt enim duplices effectus Spiritus sancti interni & externi.

Interni effectus sunt testimonium Spiritus sancti, quo certificat corda nostra de gratia, fiducia & certitudo uitae aeternae, παρεγκόσια κολωνοφορία.

Externi effectus seu externa testimonia praesentiae Spiritus sancti sunt diligenter cogitare uerbum Dei et quasi ruminare, audire sine tedium et magno studio, docere & profiteri ueram doctrinam cum periculo facultatum & uitae, facere officium secundum uocationem pro uirili in fide & gaudio, non irruere in alienam functionem, sed proprie-



CONTRA DVBI. PNOTI.

priæ seruire pro ratione donorum, quæ à Deo concessa sunt.

Huc & Augustinus respxisse uidetur cum dicit: Vnumqu emq; fidem suam certissimè uidere, utrum eam habeat. Vbi enim effectus spiritus sancti sunt: Ibi certum est esse fidem. Et ubi fides est, ibi est certitudo gratiæ. Quia hæc coniuncta sunt, Spiritus sanctus, fides & gratia Dei uidelicet quod sumus in gratia, quod placeamus Deo propter Christum, quod habeamus Deum propitium.

Huc illud Pauli. Rom. 8.

Quicunq; spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij igitur & heredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

Hic ab effectu spiritus sancti certitudinem gratiæ colligit.

Quicunq; spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei.

Omnes autem filij Dei sunt heredes uitæ æternæ.

Ergo quicunq; spiritu Dei ducuntur, sunt heredes uitæ æternæ.

His ergo qui spiritu Dei ducuntur non est disputandum de gratia uel de hæreditate uitæ æternæ.

Quid



DEFENSIO FIDUCIAE

Quid sit duci spiritu Dei, manifestum est.
Vtitur uerbo duci, ut ostendat Spiritum sanctum
non esse ociosum in sanctis, sed efficacem & fru-
ctuosum.

Sunt autem opera Spiritus sancti in sanctis
qui uerbo ducendi significantur, sanctificatio,
restitutio imaginis Dei in conuersis, noua obedi-
entia, qua homines incipiunt ita sese gerere, ut fi-
lios Dei decet. Qui autem ita sese gerunt, ut filios
Dei decet, hi de utroq; certi sunt, et quod habe-
ant spiritum sanctum, et quod sint filii Dei et
haeredes uitæ.

Econtra. Qui spiritum Christi non habet,
hic non est eius. codem cap.

Carnales autem uel qui secundum carnem ui-
uunt, non habent spiritum Christi.

Ergo carnales non sunt eius.

Quamobrem, qui secundum carnem uiuunt,
non debent dubitare, sed certo statuere, quod Spi-
ritum sanctum non habeant, quod non sint filii
Dei, quod non sint futuri haeredes uitæ æternæ,
nisi conuertantur.

Tertio. Qui habent Spiritum sanctum, et
qui sunt in gratia, illi quoq; certi esse possunt of-
ficium suum placere Deo.

Econ-



CONTRA DVBI. PONTIFI.

Econtra qui non habent Spiritum sanctum,
et qui non sunt in gratia, illi non possunt certi
esse, utrum officia sua placeant Deo. sicut ergo
illi cum optima conscientia in officio suo uersan-
tur, et uocationis officia sustinent cum gaudio et
spe auxilij diuini: Ita hi cum pessima conscientia
uersantur in suis officijs sine gaudio et sine spe
auxilij diuini.

Omnes autem Christiani, siue Ecclesiasticae
siue politica officia administrent, certi esse de-
bent, sua officia placere Deo. Quamobrem
necessarium est, ut habeant Spiritum sanctum,
et ut sint in gratia. Alioqui non possunt esse
certi, utrum Deo placeant officia, quae susti-
nent.

Huc illud, quicquid non est ex fide, peccatum
est.

Ergo quicquid fit sine Spiritu sancto et si-
ne gratia Dei, non placet Deo, quantumvis spe-
ciosum et plausibile uideatur.

Econtra, quicquid est ex fide, bonum opus
est.

Ergo quicquid a' Spiritu sancto in creden-
tibus efficitur per gratiam Dei, illud Deo pla-
cet.

Quicquid ergo in officio suo facit secundum
voluntatem Dei homo Christianus habens Spi-
ritum

DEFENSIO FIDUCIAE

ritum sanctum, et qui in gratia est, id gratiosum et
Dco placens est.

Econtra quicquid agit persona non renata,
carens Spiritu sancto & gratia Dei, non placet
Deo. Quia extra fidem est.

Sicut filij carissimi actiones patri placent,
etiam si non videantur magni momenti esse. Quia
filius est in gratia apud patrem. Ita seruila-
res etiam si grauiissimi sint, non itidem placent.
Quia seruus non est in gratia, sicut filius.

Nulla potest maior & efficacior esse conso-
latio in uocationum difficultatibus, quam que ex
hac parte petitur.

Quando enim scit homo Christianus se esse
in gratia Dei, se secundum uoluntatem Dei uel in
hac uel in illa functione seu uite genere uiuere &
suam uocationem placere Deo, magno animo su-
stinet omnes aerumnas, quæcunq; obijciuntur.

Non enim ex illis colligit, se abiectum a Deo
esse, etiam si minus sperata occurruunt & scit bono
Dei consilio se exerceri, uel ut illa ad Dei glori-
am, uel ad ipsius aliorumque salutem profint, sicut
exempla Ioseph, Danielis & similium docent.

Scit Daniel se esse in gratia, scit suam uoca-
tionem placere Deo, scit illa etiam que in uoca-
tione



CONTRA DVBI. PONTI.

ione pie agit, placere Deo. Ideoq; bonam ha-
bet conscientiam & bono animo sustinet extrema
illa uitae pericula, in quæ innocens incidebat. Spem
vero auxilij diuini non abiicit & mirabiliter tan-
dem liberatur.

Quarto. Qui certus est se habere Spiritu-
um sanctum, se esse in gratia & suum officium
placere Deo, hic etiam de persona sua statuere
potest, quod ex illa Deo placeat. Potest fie-
ri, ut persona impia sit in officio non malo. Hic
officium per se Deo placet. Quia ordinatio
diuina est. Persona autem non placet, quia
non renata est, non habet Spiritum sanctum, non
est in gratia, ut Nero, Caligula, &c. Deinde
per accidens, Nec officium placet propter per-
sonam non renatam.

Homo autem Christianus siue in Ecclesia-
stica siue in politica gubernatione ueretur,
statuit utrumq; Deo placere ex officium &
personam. Ac de persona iudicat ex uerbo Dei.
Persona enim, quæ uersatur in societate Eccle-
sie, quæ renata & baptisata est, quæ pu-
rum uerbum audit & amat, heres au-
tem odit & abominatur, sicut scriptum est:
Iniquos odio habui, Legem autem tuam
dilexi,



DEFENSIO FIDUCIAE

dilexi, quæ credit in Christum & certo statuit se sanguine Christi ab omnibus peccatis mundatam esse. Talis persona certa est ex uerbo, se placere Deo & habet suæ certitudinis certa argumenta. Agnoscit Deum esse suum patrem, & multis ineffabilibus beneficijs se ornatam. Primum intelligit se à Deo creatam. Secundo à filio redemptam. Tertio, à spiritu sancto sanctificatam. Quarto, se ad hæreditatem uitæ æternæ adoptatam. Quinto, ut certa sit Spiritum sanctum in se effusum. Sexto, se iam in filio Dei propter nos incarnato & passo ad dexteram Dei collocatam. Septimo, habet Sacra menta tanquam signa certitudinis. 1. Baptismum. 2. Cœnam dominicam. Hæc sunt inuisibiliis gratiæ uisibilia signa.

Octauo. Habet absolutionem, qua in specie promissio remissionis peccatorum applicatur.

His argumentis certificatur etiam personam in gratia esse.

Ita hæc quatuor coniunguntur.

Primum. Vbi est effectus spiritus sancti, ibi etiam ipse Spiritus sanctus uerè adest.

Secundo. Vbi Spiritus sanctus uerè adest, ibi certum est personam esse in gratia.

Tertio. Vbi Spiritus sanctus adest, & ubi persona est in gratia, ibi certum est officium personæ placere Deo.

Quar-



CONTRA DVBI. PONTI

Quarto. Nec tantum officium placere, sed etiam personam, quæ sustinet officium.

Ita ab effectibus Spiritus sancti certitudo gratiæ colligi potest, sicut econtra ex effectibus Diaboli certitudo damnationis colligi debet. Ita certis argumentis nititur hæc certitudo.

XVII.

Effectus Diaboli.

Sicut ex effectibus Spiritus sancti certitudo gratiæ, ita ex effectibus Diaboli certitudo damnationis colligitur. Nam sicut præsentia Spiritus sancti certum gratiæ signum: ita præsentia Diaboli certum damnationis signum est. Sunt autem effectus diaboli opera carnis: Odium & contemptus uerbi atq; sacramentorum, idolatria blasphemia, uita scelerata &c. Hinc Lutherus in Epist. ad Gal. sic colligit. Vbi odium & contemptus uerbi est, ibi Diabolus Deus huius mundi regnat, excoccat & captiuia tenet corda hominum, ne illis fulgeat lux Euangelij, gloriæ Christi.

In omnibus autem impijs est odium & contemptus uerbi.

K

Ergo



DEFENSIO FIDUCIAE

Ergo certum est ex dubitare nullo modo de-
bent, adesse Diabolum, a quo regantur, exca-
tur, et captiui ducantur et quod uerē sint sta-
bula et latrīnae Diabolorum.

Ratio certa est ex Antithesi.

Qui ducuntur spiritu Dei, hi sunt filii Dei.

Ergo qui non ducuntur spiritu Dei, sed spi-
ritu maligno, non sunt filii Dei, sed filii Diaboli.
Is enim et præsens est et impellit eos ad omnis
generis flagitia. Sicut seffor caballum freno, et
calcaribus, quo uult, impellit: Ita Diabolus
tanquam seffor has bestias ad præcipitium eter-
nae damnationis deducit.

Duo tantum sunt Spiritus, qui ducunt ho-
mines, sanctus et malignus. Quicunq; ergo a
Spiritu sancto non ducuntur, hos a maligno du-
ci certum est.

Deinde, qui filii Dei sunt, etiam hæredes et
cohæredes Christi sunt.

Ergo qui non sunt filii Dei, non sunt hære-
des Dei et cohæredes Christi.

Non est igitur quod dubitent Sathanæ
mancipia, an sint in gratia. Certum est eos,
si perseuerent in peccatis, in eternum uitæ cœ-
lestis hæredes non futuros.

Item,

CONTRA DVBIA PONTIFI.

Item, Qui spiritum Christi non habet, hi non
sunt eius.

Impij autem non habent spiritum Christi.

Erge non sunt eius.

Sicut ergo ex effectibus Spiritus sancti certi-
tudo gratiae colligitur : Ita ex effectibus Dia-
boli, certitudo damnationis colligatur.

Ac coniungi hic quatuor contraria superio-
ribus possunt.

Vbi odium & contemptus verbi & alia sce-
lera atrocia dominantur, certum est tales esse
mancipia Diaboli.

Secundo, Non esse in gratia, sed sub maledi-
ctione.

Tertio. Non placere Deo, quae agunt.
Quia quicquid non est ex fide, peccatum est.

Quarto. Non placere personam. Quia non
renata est, non credit in Christum, non est
mundata à peccatis.

Non habet ergo locum dubitatio, nec in re-
natis nec in damnatis.

Habentes enim spiritum sanctum de salute
& carentes spiritu sancto de damnatione certe
esse debent, nisi egerint pœnitentiam.

XVIII.

Effectus & utilitates certitu-
dinis. K 2. Con-



DEFENSIO FIDUCIAE

Conferantur effectus fiduciae dubitationis
Utilitates certitudinis & incommoda incertitudinis. Manifestum hinc quoq; erit, quam pernici-
osum sit dogma Pontificiorum. Sed antequam ad
incommodorum enumerationem accedamus, com-
moda seu utilitates certitudinis colligemus. Ac
primum fiducia seu certitudo gratiae non est peccatum, scriptum est enim: Quicquid non est ex
fide, peccatum est. Ergo quicquid est ex fide,
non est peccatum. Fiducia autem pars fidei est.
peccatum ergo fiducia esse non potest, sicut Pon-
tificij uociferantru.

Deinde ingentia sunt certitudinis commoda.
Ergo certo statuendum est quod homo renatus &
in Christum credens, sit in gratia.

Commoda autem fiduciae seu certitudinis hec
sunt.

1. Fiducia, seu certitudo, que statuit hominem
a Deo certo recipi secundum promissiones diuinas,
applicat in specie promissionem & reddit eam
quasi propriam.

Talis autem applicatio promissionis necessa-
ria est in Iustificatione. Quamobrem Fidu-
cia necessaria est in iustificatione.

z. Sola

CONTRA DVBI. PONTIFI.

2. Sola illa fides, quæ coniuncta est cum fiducia & certitudine gratiæ, iustificat coram Deo. Et nullum est aliud instrumentum in rerum natura, quo homo gratuitam iustitiam sibi applicare posset, sicut alibi copiosius dicetur.

3. Hæc fiducia reddit nostras conscientias tranquillas. Rom. 3.

Iustificati fide pacem habemus per Dominum nostrum Iesum Christum.

4. Reddit nos certos, quod placeamus Deo. Sine fide impossibile est placere Deo. Ergo fiducia certos facit, quod placeamus Deo.

5. Reddit nos certos de promissione diuina. Idcirco ex fide datur hereditas, ut firma sit promissio.

6. Reddit nos certos de uita æterna. Ioh. 3. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Ioh. 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet.

7. Efficit nos filios Dei. Gal. 3. Omnes filii Dei estis, eo, quod credistis in Christo Iesu.

8. Efficit, ut reliquæ peccatorum non imputentur. Psal. 31. Beatus cui Deus non imputauit peccatum. Pertinet autem hoc ad solos credentes.

K 3

9. Effi-



DEFENSIO FIDUCIAE

9. Efficit ne pudefiant. Rom. 10. Omnis qui fudit illi, non pudefiet. Psal. 125. Qui confidunt in Domino, sicut mons zion.

10. Fiducia etiam disserimen facit inter ueros Christianos & Hypocritas. Item inter Christianos & Diabolos.

11. Omnia bona opera ex hac tanquam ex quadam scaturigine promanant.

Ac primum cum hac fiducia & certitudine conueniunt opera primi præcepti.

1. Conuenit cum primo præcepto. Coniuncta enim est cum uera agnitione essentiae & uoluntatis diuinae. Recte Deum & uoluntatem eius cum Legalem tum Euangelicam agnoscit, & de uoluntate Dei non dubitat.

2. Statuit promissiones & comminationes diuinæ esse certas & immotas ac nititur promissionibus diuinis tanquam firmissima petra.

3. In temptationibus, in aduersis & omnibus periculis accedit ad Deum tanquam ad thronum gratiae, non fugit, nec auersatur Deum, sed cum fiducia promissionibus eius acquiescit,

4. Non

CONTRA DVBI. PONTI.

4. Non quærit auxilium in sese & operibus suis, sed in solo Deo.
5. Ac quia in Deo tanquam in tutissimo asylo acquiescit, conscientiam efficit tranquillam & pacatam.
6. Coniuncta est cum dilectione Dei. Ideo ei confidit tanquam patri fidelissimo.
7. Coniuncta est cum spe. Quia confidit se esse in gratia & expectat uitam æternam, in qua possebit omnia, quæ nunc tanquam per transiennam uidemus.
8. Coniuncta est cum humilitate. Quia non in sese & misellis suis operibus, sed in solo Deo confidit.
9. Efficit patientiam. patienter enim sustinet pericula uitæ & bonorum, qui certus est, scilicet æternam uitam recepturum.
10. Fiducia & certitudo gratiae efficit quoque perseverantiam. Nam is solus perseverare potest, qui uera fiducia in Christo acquiescit.

Conuenit quoque cum secundo præcepto.

1. Inuocatione necessarium est præcedere fiduciam, quæ statuit hominem esse in gratia, & Deum preces exaudire. Soli igitur illi inuocare possunt, qui fiduciam habent, quod uerè habeant Deum propitium.

DEFENSIO FIDUCIAE

Id exempla docent. Quanta fiducia Moses, David, Ezechias, & alij inuocarunt? Impossibile est Deum recte inuocari sine fiducia. Rom. 10. Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt?

2. Gratiarum actio non potest fieri nisi ab illis, qui certa fiducia statuunt, se infinita beneficia corporis & animae a Deo accepisse, quotidie accipere & in æterna uita accepturos.

Tribuunt Deo laudem ueritatis, qui summus est cultus. Credunt eius promissionibus. Celebrant eius beneficia & statuunt Coelum & Terram potius peritura, quam unum iota de promissionibus diuinis.

3. Vera prædicatio. Illi rectè de Deo & eius uoluntate docere possunt. Quid enim doceant illi, qui academicam Theologiam incertam & dubiam somniant?

4. Qui certi sunt de gratia Dei, hi profitentur & confitentur Christum constanter, & potius sanguinem suum profundunt, quam ut Christū abnegent. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore fit confessio ad salutem.

Eodem modo de ceteris præceptis dici posset. Qui certi sunt de gratia, hi diem Sabbathi sanctificant, uerbum Dei audiunt & sacramentis utuntur.

CONTRA DUBI. PONTI.

Hi prompte magistratibus & parentibus obsequuntur. Quia sciunt hanc obedientiam placere Deo. fideles sunt in officio & sustinent in fide, spe & gaudio grauissima officiorum onera. Quia sciunt se in uocationibus Dei uicarios esse & planare Deo labores uocationum, diligunt proximum, prosunt eius uite & facultatibus. Quia sciunt hos fructus fidei necessarios esse.

Ita certitudo multarum uirtutum promptuarium est.

Ex hac qualicunq; enumeratione certitudinis commoda animaduerti queunt.

Ideo patres fidem portam uitæ & ianuam regni Cœlorum uocant, & Augustinus de uerbis domini dicit: Nullæ maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius Mundi maior est substantia, quam est fides Catholica, quæ à peccatis homines saluat, cœcos illuminat &c. & Ambrosius in libro de uirginitate per exclamatiōnem in hæc uerba erumpit: O thesauris omnibus opulentior fides &c. fides fortior, fides medickis, saluatoris.

Hæc ad fidei Christianæ commendationem & ad dubitationis pontificie reprehensionem profunt.

Ac cum certitudinis huius ingentia sint commoda: Dubitationis autem ingentia incomoda,

ut mox dicetur, intelligit animus Christianus,
quanto interuallo Fiducia dubitationem post se
relinquit.

XIX.

Effectus seu incommoda dubitati-
onis seu incertitu-
dinis.

Infinita sunt incommoda dubitationis.

Ergo non est dubitandum de gratia.

Ideo autem multa eius sunt incommoda, Quia
dubitatio est peccatum.

Quicquid non est ex fide peccatum est.

Dubitatio non est ex fide. Quia pugnat cum
fide.

Ergo dubitatio peccatum est & quidem fons
infitorum peccatorum.

Quicquid igitur dubitans cogitat, loquitur,
nihil nisi peccatum est & placere Deo non potest.
Quia peccatum nullum Deo placet.

Corrumpt igitur dubitatio omnes cogitati-
ones, sermones & actiones etiam illas quæ aliqui
per se bona sunt. Nihil enim Deo placet, quod
dubitante conscientia agitur.

Sunt autem incommoda præcipua.

i. Dubi-



CONTRA DUBI. PNOTI.

1. Dubitatio impedit specialem promissionis diuinæ applicationem, sine qua nulla salus, nulla gratia, nulla peccatorum remissio, nulla iusticia est.

Nullus enim fructus est generalis fidei, nisi quis in specie sibi promissionem gratiæ & omnia Christi beneficia applicet, & statuat se quoq; participem fieri eorum bonorum.

Si nullum esset aliud dubitationis incommodum, satis atrox hoc unicum esset.

Dubitans incertus est, utrum ipse quoq; particeps fiat promissionis gratiæ.

Ergo. Dubitans non applicat sibi in specie promissionem gratiæ.

Quicunq; autem non applicat sibi promissionem gratiæ in specie, ad eum prorsus nullus promissionis fructus peruenit.

Ergo ad dubitantem prorsus nullus promissionis fructus peruenit.

Quid igitur dubitatione miserius?

Quid ad uitæ æternæ consecutionem magis noxiū?

2. Impedit gratiam Dei, remissionem peccatorum, iusticiam & uitam æternam. scit enim specia-



DEFENSIO FIDUCIAE

specialem promissionis applicationem impedit,
Ita etiam illa impedit, quæ per specialem promis-
sionis applicationem credentes assequuntur.

Assequuntur autem per eam gratiam Dci re-
missionem peccatorum, iustitiam & uitam æter-
nam.

Ergo dubitatio omnia hæc impedit & ex
manibus nobis quasi excutit.

Detestanda igitur est dubitatio.

Impedit ne consequamur summum bonum.
Existit causa damnationis & est quasi ianua ad
infernum.

Ioh. 3. Qui incredulus est filio, non uidebit
uitam, sed ira Dei manet super eum.

Ioh. 8. Si non credideritis, quod ego sum,
moriemini in peccatis uestris.

Iacobi 1. Vir uacillans animo, non potest
subsistere in omnibus uis suis. Ibid. Qui hæsitat
similis est fluctui maris, qui à uento mouetur &
circumfertur. Non ergo existimet homo ille, quod
Accipiat aliquid à domino.

3. Impedit conscientiarum tranquillitatem.
Quia adimit omnes consolationes, quæ in Christo
Iesu proponuntur, adimit spem consequendæ re-
missionis peccatorum & uitæ æternæ, perturbat
& irrequietas conscientias efficit, ut non habeant

CÔNTRÂ DVBI. PONTI.

in consideratione peccatorum & iræ Dei, in tentationibus & alijs anxietatibus, quo se erigant, quod iræ Dei, maledictioni legis & diaboli tentationibus opponant. Sicut fiducia conscientias tranquillas efficit, ita contrario effectu dubitatio irrequietas facit.

Nulla maior felicitas est, quam tranquilla conscientia acquiescens in bonitate Dei. E contra nulla maior calamitas, nullus maior cruciatus est, quam is, qui conscientiam exercet. Dubitatio igitur summa conscientiarum carnificina est.

Laurentius in craticula maximos corporis cruciatus sentit. Conscientiam autem habet tranquillam. Illa conscientiae tranquillitas, longe superat omnes corporis cruciatus.

Cain non sentit corporis cruciatus, sed conscientia eum excarnificat. Illa conscientiae carnificina omnes corporum cruciatus excedit.

Quid igitur aliud sunt Pontificij quam conscientiarum carnifices?

4. Dubitatio tollit certitudinem gratiae divinae, certitudinem promissionis, & Deum arguit mendacij, que contumelia in Deum & blasphemia detestanda est.

5. Efficit filios Diaboli. Fides enim filios Dei. Ergo dubitatio filios Diaboli facit. Gal. 3. Omnes filii

DEFENSIO FIDUCIAE

filij Dei estis, eo quod credidistis, &c. Qui igitur non credunt non sunt filii Dei, sed Diaboli.

6. Efficit omnia peccata mortalia.

Extra fidem enim omnia peccata mortalia sunt.

7. Efficit ut pudefiant dubitantes.

Credentes non pudefiunt. Rom. 10. Ergo dubitantes pudefiunt. Exemplum in Zacharia, dubitans obmutescit.

8. Est fons uel effectus infinitorum peccatorum. Peccata enim fecunda sunt & alia gignunt alia. Exempla ex primo praecepto.

1. Dubitatio est filia ignorantiae Dei. Sicut enim fiducia ex uera Dei agnitione: Ita dubitatio ex ignorantia Dei nascitur. Qui Dei essentiam & uoluntatem recte agnoscit, qui per Spiritus sancti gratiam didicit promissionem diuinam & scit Deum ueracem esse, is de eius promissione nullo modo dubitat. si quis ergo dubitat, eum necesse est Deum non recte agnoscere.

Huc illud Cypriani sermone 4. de mortalitate. Deus tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem pollicetur atque eternitatem & tu dubitas?

Hoc



CONTRA DUBI. PONTI.

Hoc est Deum omnino non nosse.
Hoc est Christum credentium magistrum peccato
incredulitatis offendere. Hoc est in Ecclesia con-
stitutum fidem in domo fidei non habere.

Si quis autem gloriatur, se nosse uoluntatem
Dei & tamen dubitat, grauiissime peccat. Nam
que scimus, quae nota & certa nobis sunt, de ipsis
dubitare, magna malicia est.

2. Dubitatio est pestis fidei, tollens & cuer-
tens fidem, efficit epicureos & academicos dubi-
tantes de Deo, de uoluntate Dei, de ueritate pro-
missionis, de certitudine doctrine per Prophetas
& Apostolos traditæ. Opponuntur enim inter
se, credere & dubitare, quorum alterum alterum
tollit. Qui credit, non dubitat. Et qui dubitat,
non credit.

3. Gignit diffidentiam. Quia dubitans non
acquiescit promissionibus diuinis, nec Dei nititur
auxilio.

Diffidit autem uerbo ueritatis & suspectas
habet promissiones diuinæ, quasi dubias, incer-
tas, falsas, mendaces. Ideoq; in periculis & ten-
tationibus non audet accedere ad Deum cum fi-
ducia



DEFENSIO FIDUCIAE

ducia sed indulget timiditati & trepidationi, fugit & auersatur Deum tanquam sœum iudicem & tortorem crudelēm.

Cum dicit Deus: Inuoca me in die tribulatiōnis & eripiam te & glorificabis me. Hic dubitans non potest credere promissioni, sed diffidit & suspectam habet promissionem, quasi non sit expecturus, quasi illudat tantum uanis quibusdam promissionibus, quas præstiturus sit nunquam.

Faciunt igitur dubitationis patroni Deum επίχαργεναιορ, ut qui delectetur hominum miserijs, qui non uelit eripere ex aduersis, imo qui promittendo insultet eis & derideat afflitos.

Diabolicum autem uitium est επίχαργεναιορ uia & Diabolica est promissionum impostura. Ambiguae enim & fallaces sunt Diaboli promissiones: Dei autem promissiones ueraces & immotæ sunt. Cur igitur dubitandum? cur Deo diffidendum est?

4. Impedit uerum Dei cultum & efficit idolatras. Qui enim de Deo & eius promissionibus dubitat, non potest Deum recte colere. Deinde relicto Deo, fiduciam collocat in seipso, in suis ueribus & operibus, in propria sanctitate & dignitate. Vel querit auxilium in alijs creaturis, quibus magis confidit, quam Deo.

Hic



C O N T R A . D V B I . P O N T I .

Hic multiplex committitur idolatria, & in-
cidunt dubitatores isti in foedissimas ἐθελοθρη-
κίας extra & contra uerbum ex cogitatis.

s. Impedit dilectionem Dei & conciliat in
animis prophanitatem & odium Dei. Quomo-
do enim uerè Deum diligere potest, qui de Dei
uoluntate dubitat? Quomodo uxor maritum
diliget, de cuius amore dubitat? Quem alieno
amore occupatum arbitratur? An non hæc su-
fficio matrimonij pestis est? Quomodo filius pa-
trem diligit, in quo paternam φιλοσογίαν du-
bitans desiderat?

Sic nemo Deum uerè diligit, si de Dei uo-
luntate erga se se dubitet, si nesciat gratia ne an
maledictio ab eo expectanda sit.

Dilectio certis Argumentis cognitis elicit
amorem. Incertitudo amoris nullum syncerum
amorem prouocat.

Dilexit autem nos Deus prior & dilectio-
nis sua certissima argumenta nobis propositum.
His consideratis, uult nos quoq; Deum diligere,
si quis autem ex certissimis illis argumentis, ex
missione filij Dei unigeniti, ex incarnatione, pa-
tione, morte & resurrectione Christi, non potest
colligere uerè se à Deo diligere, quomodo Deum di-
ligere poterit? omnia enim hæc beneficia in du-
bium uocat, et si maximè dicant Pontificij non du-
bitare

L

bitare

CONTRA DVBI. PONTI.

bitate se de certitudine passionis & mortis, tam
men id non negant, se dubitare, an illum ex hisce
beneficijs fructum capiant.

Ac quia dubitantes Deum diligere non pos-
sunt, trasferunt amorem in aliam quam piam
Thaidem, uel ad semetipos uel ad alias creaturas,
in quibus suam collocant fiduciam.

6. Extinguit timorem Dei. Sicut enim pro-
missionibus non credens, diligere Deum nequit:
Ita comminationes diuinis irritas putans, non ti-
met Deum.

7. Impedit humilitatem & efficit superbos
atq; arrogantes. Quia enim dubitantes non in
Deo, sed in propria dignitate, auxilium & con-
silium querunt, non potest fieri, quin oblii humi-
litatis, propriæ sanctimoniae opinione intume-
scant.

Exemplum est in Phariseo:

8. Dubitatio est mater desperationis. Quia
enim dubitantes in promissionibus diuinis fiduci-
am non collocant, & deserto Deo, uel ad propria-
am sanctimoniam, uel ad alias creaturas declinant,
nunquam possunt esse certi de salute sua. Nun-
quam enim statuere possunt, an satis operum ha-
beant, an satis dispositi sint ad gratiam, an satis
dig-



CONTRA DVBI. PONTIFI.

Signam egerint penitentiam, an satis habent
alienorum operum, indulgentiarum, Missarum
etc. Nullam igitur firmam consolationem in-
ueniunt. Conscientiam semper retinent irrequie-
tam & fluctuantem & in consideratione pecca-
torum & iræ Dei, & in temptationibus non ha-
bent quod opponant iræ Dei, & Diabolo op-
pugnanti & insultanti.

Hic omnia opera & omnium opérum digni-
tas tanquam umbra uel fumus euanevit, nec po-
test consistere uel in temptationibus Diaboli uel in
iudicio Dei.

Adigitur igitur dubitans ad desperationem
& nihil habet in agone, quo se erigat. Siue
igitur arroganter proprijs operibus iustitiam tri-
buat: siue de operum sufficientia dubitet, nullam
habet consolationem. Vtique modo perit. Nam
alterum Pharisaicum, alterum Cainicum est.

9. Tollit omnem patientiam.

Quia enim in ærumnis dubitant de uoluntate
Dei, non possunt patienter sustinere calamitates
& obedire Deo in cruce. fremunt aduersus De-
um, & existimant se indignis modis accipi, cum
fortuna digni sint meliori.

DEFENSIO FIDUCIAE

Apparet hinc quam fœcunda peccatorum
mater sit dubitatio.

Hactenus de primo præcepto dictum est.

Eodem modo ex secundo præcepto colligi
non pauca possunt.

I. Impedit inuocationem ueram.

Impossibile enim est inuocare Deum uerè si ne fide. Ideo Paulus dicit : Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt ? quasi dicaret, impossibile est inuocare Deum sine fide. Dubitantes autem non credunt. Igitur dubitantes non possunt Deum inuocare.

Demde nemo potest inuocare , nisi statuat initio se esse in gratia , se habere Deum propitium , se habere patrem in cœlis φιλοσογγότατον , preces suas exaudiri , se Deo curæ esse , omnia precibus impetrari , que uel ad Dei gloriam uel ad nostram salutem prodesse possint.

Dubitantes autem non possunt sic statuere. Igitur inuocare Deum quomodo possunt ?

Quanta autem miseria est , non posse Deum inuocare , cum hic cultus Deo longe sit gratissimus , cum nulla re magis delectetur , quam ardenti inuocatione , que nubes penetrat ? Quid in miserijs reliquum nobis est , quam hoc unicum asylum , ut uidelicet uera Dei inuocatione , in omnibus aduersis



C O N T R A D V B I . P O N T I .

aduersitatibus certum quæramus auxilium , sicut
de Iosaphat scriptum est ?

Tertio. Quicquid non est ex fide, peccatum
est.

Inuocatio autem dubitantis non est ex fide.

Talis igitur inuocatio peccatum est , sicut
Augustinus dicit: Precatio sine fide peccatum est.

Et peccatum quidem non exiguum est. Quia
falsa inuocatio species est abusus nominis diuini
et blasphemie.

Quarto. Inuocatio dubitantis est Ethni= ca et Academica. Tales inuocant sicut Xeno= phon , Cicero et alij , qui in aduersis dubitant,
utrum sit aliquod numen , cui curæ sint res huma= næ.

2. Impedit gratiarum actionem, et est speci= es mendacij et iniusticie .

Non enim agnoscunt dubitantes se uerè a Deo diligi et infinitis beneficijs ornari. Ideoq; gratias agere uero corde non possunt.

3. Impedit celebrationem Dei et efficit bla= sphemos. Quia enim de promissionibus diuinis
dubitant, Deum mendacij arguunt, sicut dicitur:
Qui non credit , Deum mendacem facit.

DEFENSIO. FIDUCIAE

Quae potest maior esse contumelia uel blasphemia, quam accusare Deum mendacij? Paternas eius promissiones aspernari, suspectas, dubias, falsas & mendaces iudicare?

Vult Deus debitum sibi honorem & ueritatis laudem tribui.

Dubitantes autem adimunt Deo debitum honorem. Raptore glorie Dei merito habentur.

4. Impedit ueram prædicationem.

Quomodo enim prædicabunt, qui dubitant? & quomodo doctrinam recipient, qui dubitare iubentur?

5. Impedit confessionem & efficit apostatas. Nemo enim Christum confitetur. Nemo aliquid propter ipsum patitur, nisi certus sit, se æterna bona ab ipso certo accepturum? Ita Basilius blasphemо ore beneficiorum Christi certitudinem sublaturus docuit, Christum non passum esse, sed Simonem Cyreneum, Christum autem eminus fierisse, & Iudeorum stultitiam risisse, quod existimarent se Christum crucifigere, cum Simonem Cyrenum Cruci affixissent. Recitant Epiphanius, Theodoreus, & Tertullianus. Ex hoc erro-



DEFENSIO FIDUCIAE

errore alium postea extruit. Quia dubiam facit passionem Christi, docuit (ut Irenaeus & Theodoretus referunt) fidem in persecutione incunctor etiam periurio negandam, nec subeundum pro Christo martyrium, propterea quod non ipse, sed Simon Cyrenaeus passus sit. Hi sunt dubitationis fructus.

Ita Helchesitae abnegationem indifferentem esse affirmabant. Etiam si quis ore Christum abnegaret, tamen corde eum posse credere.

Paulus dicit: Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Coniungit fidem & confessionem. Coniunguntur igitur in anthithe si dubitatio & abnegatio.

Animaduertit Christianus lector quantum malorum ex hoc unico dubitationis antro emerget. Si bona est dubitatio, cur fructus non progenerat meliores?

Eodem modo de reliquis praeceptis dici possit. Quia fide enim diem Sabbathi sanctificabit, qua fide ad Coenam domini accedet, qui de Dei uoluntate dubitat?

Quia promptitudine parentibus, preceptoribus & Magistratibus obtemperabit, qui incertus est utrum sit in gratia & utrum illa obedientia Deo placeat?



DEFENSIO FIDUCIAE

Quomodo ab homicidijs, adulterijs, furtis,
usuris, mendacijs, obtrectationibus & alijs pecca-
tis abstinebit, si dubitat, utrum uitam æternam
consecuturus, uel in æternas poenas abiiciendus
sit.

Hæc malorum lerna ex dubitatione emer-
git, nec satis exprimi sermone huius peccati innu-
mera incommoda possunt.

Recte igitur Lutherus in Epistola ad Galat. 1.
buius peccati atrocitatem depicturus, de dubitati-
one dicit: Ista sententia uulgatissima & rece-
ptissima, fuit principium & articulus quidam fa-
dei in toto Papatu, quo

1. Doctrinam fidei prorsus obruerunt.
2. Fidem euerterunt.
3. Conscientias perturbarunt.
4. Christum ex Ecclesia sustulerunt.
5. Omnia dona & beneficia Spiritus san-
cti obscurarunt & abnegarunt.
6. Verum Dei cultum abrogarunt.
7. Idolatriam, contemptum & blasphemiam
Dei in cordibus hominum erexerunt.

Nam qui de uoluntate Dei erga se dubitat,
& non certo statuit se esse in gratia, is non potest
credere se habere remissionem peccatorum, se
Deo curæ esse, se posse saluari.

Similis



CONTRA DVBI. PONTI.

Similis locus est in Euangeliō Dominica 19.

Trinitatis de fide Parayltici. So ligts nun
alles daran / das dem Herz solcher Zu-
sagung sich anneme vnd halte es fur-
war / das Gott dir wölle vmb Christi
willen gnedig sein. Wie wir hie sehen
mit dem Gichtbrüchtigen / den verma-
net der Herr auffs erste zum glauben/
da er spricht / Sey getrost mein Sohn/
zweifel nicht / deine Sünden sind dir ver-
geben. So bald nun der Gichtbrüch-
tige solchem wort gleubet / waren jm sei-
ne Sünde warhaftig vergeben.

Also kommen wir noch heutiges
tages zu vergebung der Sünden / wenn
der Kirchendiener / oder ein ander
Christ / zu dir spricht / Gott žürnet
nicht mit dir / žürne nur du mit jm nicht /
denn vmb seines Sohns Ihesu Christi
willen hat er dir alle deine Sünde ver-
geben.

Da soltu mit aller macht solcher
zusagung gleuben / vnd dich ehe žureis-
sen lassen / denn das du daran žweifeln
woltest /

DEFENSIO FIDUCIAE

wolst si, denn so du zweifelst / huyt dich
die Absolution nichts/ wen Gott gleich
mit allen seinen Engeln solche Absolu-
tion selber mündlich vber dich spreche.
Denn wo der glaube nicht ist/ da schile
man vnsfern HErrn Gott einen Lüg-
ner/ als sey es nicht war/ was er vns zu-
saget / er wollte es vns nicht leisten noch
halten / Für solchem vnglauben vnd
Sünde wölle vns der liebe Gott gnedig
b:waren/ Wie wol der Teufflein son-
derlicher Meister darauff ist / der vns
immer dar damit plaget/ das wir vnsfern
HErrn Gott/ gern lügen straffen/ das
ist / das wir Gottes zusagung vngern
gleubhen. Wo aber das Herz gleubet/
da ehret man vnsfern HErrn Gott mit
der höchsten ehre / die er am liebsten
hat.

Denn man heile in für warhaftig/
vnd für ein solchen HErrn / der nicht
liegen kan / wenn er gleich von eitel vns-
möglichen fachen redet.

Brenti-

C O N T R A D V B I . P N O T I .

Brentius in Lucam cap. 10. recte dicit :
Incredulos abijcere librum , in quo nomina ipso=rum scripta sunt , & delere nomina sua ex libro uitæ.

Cœsarius Homil. 7. dicit , diffidentes claude=re contra se ianuam misericordiæ diuinae . Sed forte cogitat aliquis , inquit , se tam grauia ad=misisse peccata , ut Dei misericordiam promereri non possit . Absit hoc à sensibus omnium peccato=rum . O Homo , quicquid ille es , Pec=catorum tuorum multitudinem atten=dis , & omnipotentiam cœlestis medi=ci non attendis ? Cum enim Deus uelit Misereri , quia Bonus est . Et possit , quia omnipotens est , ipse contra se diuinae miseri=cordie ianuam claudit , qui Dominum sibi mi=sererit aut non Velle , aut non Posse credit , & eum aut bonum aut omnipotentem esse diffi=dit .

Nemo ergo nec post centum peccata , nec post mille crimina de Dei misericordia desperet . Sic tamen non desperet , ut sine ulla mora Domini=num sibi propitiare festinet : ne forte , si consue=tudinem peccandi fecerit , etiamsi uelit , iam se à Diaboli laqueis liberare non possit .

Et Ter-



DEFENSIO FIDUCIAE

Et Tertullianus inquit, libro de Pœnitentia ;
Bonum est pœnitere an non ? Quid reuoluis ?
Deus præcipit. At ille non præcipit tantum, sed
etiamhortatur. Inuitat præmio salutem Iu-
rans etiam, Viuo, dicens, cupit sibi credi.
Beatos nos, quorum causa Deus iurat. O mi-
serimos, si nec Deo Iuranti credimus.

Ex his iam intelligit mens Christiana, quam
tetra sit dubitatio, & quod omnibus modis fugi-
enda sit tanquam uenenum animæ præsentissi-
mum.

XX.

Effectus Sacramentorum.

Deus ideo Sacra menta promissioni addidit,
ut essent signa certitudinis, quæ in specie singulis
applicarent promissionem & quasi obsignarent.
Illud enim Sacramentorum officium est, ut testen-
tur de gratia Dei, de promissione, de diuina erga
nos uoluntate, ut excitant & confirmant fidem, ut
sint certa signa remissionis peccatorum.

Ita Roma. 4. Circumcisio dicitur sigillum
iusticiæ Dei.

Gal. 3. Quotquot Baptisati estis, Christum
induistis.

CONTRÀ DVBI. PONTÌ

industis. Et i. Pet. 3. Baptismus stipulatio bo-
ne conscientie dicitur.

In Cœna Christus singulis accendentibus di-
gne, applicat hæc uerba. Comedite, Bibite.

Ita Damascenus in sumptione Cœnæ domi-
nicæ consuevit orare: Dignare ut accipiam in
arrhabonem futuræ uitæ & regni.

Ita in Absolutione promissio in specie singu-
lis applicatur. Quorum peccata remiseritis,
remissa erunt eis. Quicquid solueritis super
terram, erit solutum & in Cœlis.

Et quia Absolutionem oportet esse certam &
categoricam, ideo Gerson dixit non in optatiuo,
sed in indicatiuo modo pronunciandam esse abso-
lutionem.

Ita Christus Lucæ 7. indicatiuo utitur: Fi-
des tua saluam te fecit. Vade in pace.

Et Nathan: Dominus abstulit peccatum tu-
um.

Quod si dubitandum est, qua fide Baptisant
Papistæ suos liberos? Et quid prodest ipsis
Baptismus? Qua fide accedunt ad Cœnam do-
minicam? & qua fide absolutionem uel alijs com-
municant uel ipsi accipiunt?

Si dubitandum est, non est opus signis gra-
tiae,

DEFENSIO FIDUCIAE
tie, signis certitudinis. Sufficit ad hoc uetus
Adam, & corrupta nostra natura, quae plus
satis dubitationum in animis nostris excitare
potest.

Quidam uir honestus VVolfgangus Hirsch-
bach, grossum aureum, qui in Baptismo donatus
a susceptore sibi infanti fuerat, consuevit a collo
suspensum gestare, in primis in morbo, ut ea rati-
one de salutis certitudine, de promissione a Chri-
sto in Baptismo facta admoneretur, & mandauit
Uxori ac liberis, ut si in agone sermonis facultas
defutura esset, ex huius aurei demonstratione co-
gnoscerent, se usq; ad extreum halitum consideri
Christum, in quem Baptisatus fuerat.

Et ideo propria nomina in Baptismo dantur,
ut quoties nomina nostra audimus, de Baptismo
admonemur & certo statuamus nos in mortem
Christi Baptisatos, heredes uite certo futuros, si
in paenitentia & in uera fide perseverauerimus.

XXI. Ex testimonij.

1. Testimonia scripture.
2. Testimonia Patrum.
3. Testimonia recentiorum.
4. Testimonia ipsorum Papistarum.

5. Testi-



CONTRA DVBI. PONTI.

5. Testimonia Philosophorum, qui nec in Philosophia $\epsilon\pi\alpha\chi$ academicam pati uoluerunt.

Testimonia sacra non pauca proferri possent, sed aliquot contenti erimus. Ac possunt nonnulla ex superioribus hoc referri.

2. Cor. 13. Vult Paulus Christianos certos esse, de fide sua & non huc atq; illuc vacillare dubios. Ideo dicit: Vos ipsos tentate, num sitis in fide. Vos ipsos probate: An non cognoscitis uosmet ipsos, quod Iesus Christus in uobis habitat?

Galat. 4. Quoniam autem estis filii, emisit Deus spiritum filii sui in corda vestra, clamantem Abba pater. Itaq; iam non es seruus, sed filius: quod si filius & heres Dei per Christum.

Rom. 4. Ideo ex fide, ut firma sit promissio.

1. Iohann. 3. Scimus quod translati sumus à morte ad uitam.

1. Ioh. 5. Vt sciatis, quoniam uitam habetis eternam, qui creditis in nomen filij Dei.

1. Petri 1. Perfectè in ea sperate, quæ ad uos defertur gratia. Certitudinem fiduciae denotat.

Hebr. 10. Accedamus uero corde in plerophoria fidei, tenentes confessionem spei non uacillantem: Utitur uoce ualde emphatica ἀκλινῶ, quasi dicat, immotam & firmissimam.

Hebr. 3. Si fiduciam & gloriationem spei ad finem usq; firmam tenueritis.

Hebr.



DEFENSIO FIDUCIAE

Heb. 6. dicitur. Deum ideo promissionem iurecurando confirmasse, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est Deum mentiri, firmam consolationem haberemus.

Phil. 3. Apprehendi, ino magis apprehensus sum.

Iohan. 10. Nemo rapiet eos de manibus meis.

Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum etc.

Iacob. 1. Postulet autem in fide Nihil hæsitans.

Matth. 21. Si habueritis fidem & non hæsitaueritis, &c.

Iacobi 1. Qui hæsitat, similis est fluctui maris.

Rom. 10. Omnis qui credit in illum, non confundetur.

Lucae 17. Adauge nobis fidem.

Marci 9. Credo domine. Adiuua incredulitatem meam.

Matth. 9. Fides tua saluam te fecit.

Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est.

Idem Quisq; in mente sua certus sit.

Ephe. 3. Per quem audemus accedere in fiducia per fidem eius.

Hebr. 4.



CONTRA DUBI. PONTIFI.

Hebr. 4. Accedamus cum fiducia ad thronum
gratiae.

1. Tim. 1.: Certus sermo & dignus quem mo-
dis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus ne-
rit in mundum, ut peccatores saluos facheret.

Syrach 7. Cum oraueris, noli hæsitare.

2. Tim. 1. Non dedit nobis spiritum timi-
ditatis, sed roboris, dilectionis Dei & casti-
ficationis.

Iohan. 8. Nisi credideritis, quod ego sum,
moriemini in peccatis uestris.

Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut
mons Zion. Non commouebitur in æternum, quia
habitat in Ierusalem.

Hiob 19. Scio quod redemptor meus uiuit.

2. Cor. 13. dicuntur dubitantes reprobi.

Vosmet ipsos tentate, si estis in fide, ipsi uos
probate. An non cognoscitis uosmet ipsos quod
Christus Iesus in uobis est? nisi reprobi facti
estis.

Luc. 1. Praeciditur eis sp̄hes salutis.

Rom. 8. Opponuntur spiritus seruitutis &
adoptionis filiorum. Non accepistis spiritum ser-
uitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abbæ
pater. Ipse spiritus dat testimonium spiritui no-
stro, quod sumus filii Dei.

M

Testi-



XXII.

Testimonia Patrum.

Cyprianus in sermone 4. de mortalitate;
 Regnum Dei (inquit) fratres dilectissimi, es-
 se coepit in proximo (laquitur de tempore pesti-
 lentie, in quo plurimi moriebantur) præmium ul-
 te, & gaudium salutis æternæ, & perpetua lati-
 cia, & posseßio Paradisi nuper amissa, mundo
 transcunte iam ueniunt: iam terrenis cœlestia,
 & magna paruis, & caducis æterna succedunt.
 Quis hic anxietatis & sollicitudinis lo-
 cus est? Quis inter hæc trepidus & mœstus
 est, nisi cui spes & fides deceat? Eius est enim
 mortem timere, qui ad Christum transfire nolit.
 Eius est ad Christum nolle ire, qui se non credit
 cum Christo incipere regnare. Scriptum est e-
 nim, iustum fide uiuere: si iustus es, & fide uiuis,
 si uerè in Deum credis: cur non cum Christo fu-
 turus & de Domini pollicitatione secu-
 rus: quod ad Christum uoceris, amplecteris: &
 quod zabilo careas, gratuleris?

Ecce omnibus fratribus & peculiariter ijs,
 quos de fidei paruitate, & animi imbecillitate, degs
 cupiditate uitæ præsentis nimia reprehenderat,
 præmia



CONTRA DUBI. RONTI
præmium tamen uitæ, & gaudium salutis æternae
næ communiter propositum esse, hic uir Dei pleno
ore confirmat: sollicitudiniq; & anxietati de
æterna salute locum esse negat, ubi non desit si=des, & spes.

In hoc dicto Cyprianus anxietatem, sollici-
tudinem, trepidationem, & mœstitudinem opposuit
spei & fidei, & affirmat sine spe & sine fide esse
eos, qui dubitauit.

Ibidem expressius reprehendit dubitatio-
nem. Hoc autem sit fratres dilectissimi (quod
seilicet fratres non cupide moriuntur, & ad gau-
dium Christi festinant) quia Fides deest: quia
nemo credit futura esse, quæ promittit Deus, qui
uerax est, cuius sermo credentibus æternus & fir-
mus est. Si tibi uir grauis, & laudabilis aliquid
polliceretur, haberes utiq; pollicenti fidem, nec te
fallis, ac decipi ab eo crederes, quem stare in sermo-
nibus, atq; actibus suis scires. Nunc Deus tecum
loquitur, & tu mente incredula perfidus flu-
ctuas? Deus tibi de hoc mundo recedenti immor-
talitatem pollicetur, atq; æternitatem, & tu du-
bitas? hoc est Deum omnino non nosse: hoc est,
Christum credentium magistrum peccato incre-
dulitatis offendere: hoc est, in Ecclesia consti-
tutum, fidem in domo fidei non habere.

M 2

1. Affir-



DEFENSIO FIDUCIAE

1. Affirmat dubitantibus deesse fidem.
2. Dicit Deum ueracem & sermonem eius credentibus aeternum & firmum esse.
3. Adducit simile de uiro graui. Postea a minori ad maius argumentatur.

Fidem habes homini graui & laudabili, ergo multo magis Deo promittenti fides est habenda. Si quis autem homini pollicenti credit, nec se falsi arbitratur, perfidus est, qui minus fidei Deo habet.

4. Dicit dubitantes non nosse Deum.

Hilarius in Mattheum.

Quanto magis uos modice fidei? Fidei nostræ inuiolabilem confidentiam exemplorum auctoritate confirmat, ut tanto maioris periculi res sit ambigere, quanto impensiore cura omnem occasionem infidelitatis abstulerit.

Augustinus de uerbis Domini serm. 29.

O homo, faciem tuam non audebas ad Cœlum tollere, oculos tuos in terram dirigebas, & subito accepisti gratiam Christi. Omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruo factus es bonus filius. Ideo præsume non de operatione tua, sed de Christi gratia. Gratia enim saluati estis, ait Paulus. Non ergo hic arrogantia est, sed fides. Prædicare quod accepiris, non est superbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos, ad patrem, qui te per



CONTRA' DVBI. PONTI.

per lauacrum genuit, ad Patrem, qui per filium te redemit, & dic Pater noster. Bona præsumptio, sed moderata. Patrem dicis, quasi filius, sed noli tibi aliquid specialiter uendicare. Solius Christi specialis est Pater. Nobis omnibus in commune est Pater, qui illum solum genuit, nos creauit. Dic ergo tu per gratiam Pater noster: ut filius esse merearis Ecclesie.

Augustinus Psal. 88. Hoc dixit Deus. Hoc promisit. Si parum est, hoc iuravit. Quia ergo non secundum merita nostra, sed secundum illius misericordiam firma est promissio, nemo debet cum trepidatione prædicare, de quo non potest dubitare. His dictis Augustinus ostendit fiduciam non esse præsumptionem uel arrogatiā sicut Pontificij obiciunt.

Bernardus de fragmentis septem misericordiarum, serm. 3.

Tria considero, in quibus tota spes mea consistit: Charitatem adoptionis, ueritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmuret iam quantum uoluerit insipiens mea cogitatio, dicens: Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibusue meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondeo: Scio cui credidi, & certus sum: quia in charitate nimis adoptauit me, quia



DEFENSIO FIDUCIAE

uerax in promissione, quia potens in exhibitione.
Licet enim ei facere, quod uoluerit. Hic est fundi-
cetus triplex, qui difficile rumpitur, &c.

Bernhardus de se ipso.

Et reuera, ubi certa, firmaq; infirmis securi-
tas, & requies, nisi in uulneribus saluatoris ? tan-
to illic securior habito, quanto ille potentior
est ad saluandum. Fremit Mundus, premit cor-
pus, Diabolus insidiatur, non cado, fundatus
enim sum super firmam petram, peccavi pec-
atum grande, turbatur conscientia, sed non per-
turbatur, quoniam uulnorum Domini recordabor.
Nempe uulneratus est propter iniurias no-
stras. Et paulo post : iusticia tua, iusticia in aet-
ernum. Quid longius aeternitate ? & te pariter
& me operit largiter larga, & eterna iusticia.
Et in me quale operit multitudinem peccatorum :
ante autem Domine quid nisi pietatis thesauros,
dignitas, bonitates ? &c.

Gregorius Nazianzenus in ora-
tione consolatoria in grandinis
calamitate.

Præueniamus (inquit) iram eius in confessi-
one. Vclimus ipsum audire, quemadmodum prius
iratum, ita nunc placatum. Quis scit, inquit,
nunquid conuertatur, & poeniteat ac relinquat
benedictionem ? Atq; manifeste hoc scio.

Ego

CONTRA DVBI. PONTI.

Ego diuinæ clementiæ sum fide iuissor. Nam iram, quæ propter naturam eius est, remittet: & ad misericordium, quæ secundum naturam eius est, conuertetur. Ad illam enim à nobis compellitur: ad hanc uero inclinatur. Et si corripit com-pellentes, cur non exaudiret inuocantes? ac na-tura sua ueteret in remittendo? Tantum nos misercamur nostri, ac iustis patris uisceribus uians adaperiamus. Seminemus in lachrymis, quo in ex-ultatione metamus. Fiamus Niniuitæ & non So-domitæ: caueamus prauitatem, ne prauitate con-sumamur, etc.

Huc & illud Hilarij in 5. cap. Matth.

Regnum cœlorum quod Dominus noster in se-
esse posatum, est professus, uult sine aliqua incer-
ta uoluntatis ambiguitate sperare: Quod alio-
qui iustificatio ex fide nulla est, si fides nulla sit
ambigua.

Hæc patrum dicta satis illustria sunt, quæ &
fiduciam meritis Christi nitentem exigunt & du-
bitationem, quæ fidei aduersatur, repudiant.
Consentient igitur cum scripturæ testimonij &
abhorrent ab impia & blasphemâ pontificiorum
dubitacione.



XXIII.

Testimonia recentiorum
Orthodoxorum.

Omnis recte sentientes hoc tempore eandem sententiam, quæ in uerbo Dei fundata & P̄d̄trum sententijs approbata est, tuentur. Ac reperiuntur paſsim huius doctrinæ luculentæ confirmationes. Lutherus Tom. 4. Ienensi, fol. 121. copioſe confutat dubitationem. In Epistola ad Galatas capite 4. super sententiam. Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda uestra. Ac quia liber ille seorsim excusus omnibus in manibus est, aut certè esse debet, quod inter cetera Lutheri scripta, hoc scriptum eximium sit, poterit integer locus illuc legi & considerari.

Reperiuntur & in aliorum recentiorum commentarijs hinc inde eximia dicta cum de fidetum contra dubitationem.

Philippus Melanchthon.

Confutatur & à Philippo in multis locis, ex quibus præcipuos annotabo.

In locis communib⁹ fol. 259. De uocabulo gratiae.



CONTRA DVBI. PONTI.

gratiæ. Secunda causa est, ut conscientia certam
et firmam consolationem habeat.

Hanc et Paulus inculcat Rom. 4. Ideo ex
fide gratis, ut sit firma promissio. Hæc sententia
magis perspicua erit intuenti ueram luctam per
terrefacte mentis Scimus ex lege et ratione na
turali. Deum bonum et misericordem esse, sed er
ga eos, qui non sunt rei. Non igitur querit
mens in uero pauore, an Deus sit misericors, sed
hæc est Epithasis, an tibi contaminato peccatis et
reo uelit ignoscere et propter quod precium.
Hic necesse est hanc uocem Euangeli audire de
exclusuia et de mediatore, quod Deus uere te re
cipere uelit Gratis, id est, non propter tuam di
gnitatem aut merita, sed propter filium Dei, idq;
erendum esse. Si hæc exclusuia ignoretur,
confirmatur dubitatio uidelicet si existimes non
remitti peccata, nisi cum satis dignam contritio
nem aut dilectionem habebis, hæredit dubitatio,
qua alia contentum Dei, alia odium et despe
rationem parit. Hæc facile iudicari possunt a pijs.
Et si enim in humanis mentibus inest dubitatio,
tamen sciendum est propter hanc ipsam causam,
ne dubitemus de reconciliatione, filium Dei ex sinu
patris promissionem claram et certam reconcili
ationis attulisse opponendam iudicio rationis, si
cut in Iohanne dicitur: Filius qui est in sinu pa
tris,

M S tris,



DEFENSIO FIDUCIAE

tris, ipse enarravit nobis. Repugnandum est igitur dubitationi, & erigenda fides, quod uelit Deus te propter filium recipere & exaudire. Estq; explodendus impius error aduersariorum, qui ignari Euangeli, & tantum rationis humanae iudicium sequentes, iubent dubitare, & affingunt dubitationem non esse peccatum. Hunc perniciosum errorem taxari necesse est, quia certè peccatum est non accipere promissionem. Item Deo promittenti non tribuere laudem ueritatis, ut i. Iohan. 5. dicitur: Qui non credit Deo, mendacem facit eum. Et summa blasphemia est contumere uocem, quæ de cœlo sonuit: Hunc audite.

Ibidem fol. 32 s. in confutatione octauii argumenti de bonis operibus. Non accedimus autem in ueris pauoribus, si iudicemus manendum esse in perpetua dubitatione. Nam dubitatio illa parit fugam & odium Dei, ut Rom. 7. De peccatis quæ per legem sunt, dicitur. Parte prima fol. 374. Hæc est enim perfecta & integra gloriatio in Deo, quando neq; propter iusticiam suam quisquam effertur, sed agnoscit se indigere uera iusticia, fide autem sola in Christum iustificari. Deniq; antithesis consideretur. Pontificij delent consolationem, quæ est propriissima uox Euangeli. Iubent enim semper dubitare, an sis in gratia.

Hæc



CONTRA DVEI. PONTI.

Hæc dubitatio cum sit impia, necesse est contradictoriam sententiam retineri, quod in conuersione oporteat fide accipi remissionem peccatorum, et statui quod sis in gratia. Et hæc fides nitiatur sola misericordia propter Mediatorem promissa iuxta dictum: Ideo ex fide gratis, ut firma sit promissio.

Hæc antithesis ualde perspicue refutat Pontificios. Quia ubi hæret dubitatio, quam docent, corda fugiunt Deum, non inuocant, & sequitur aut prophanitas aut desperatio, iuxta dictum: Quomodo inuocabunt non credentes? Et Augustinus inquit: Prebatio sine fide peccatum est. Et extant perspicua dicta sanctorum scriptorum, que simul & dubitationem prohibent & continent exclusuam. Ut Augustinus inquit: Totius fiduciae certitudo est in precioso sanguine Christi.

Item. Tota spes mea est in morte Domini mei, etc. Extant autem nostræ declarationes & confirmationes, ex quibus etiam sumatur responsio ad præstigias, quibus obruere ueritatem Pontificij conantur.

Ibidem de scandalo. 300. Omnis dubitatio conscientiæ, impedit inuocationem.

Ibidem 368. Expressè etiam taxamus errorrem de dubitatione, quem pertinacissime defendunt



DEFENSIO FIDUCIAE

dunt Monachi, quod uidelicet semper manendum
sit in dubitatione, an sis in gratia.

Qui error & in Tridentina Synodo impio
decreto confirmatus est. Heret in hac humana
imbecillitate in omnibus tristis dubitatio. Ideo
autem prolatum est Euangelium ex arcano finu
eterni patris, ut contra hanc dubitationem affir
mit, uerè nos recipi propter filium gratis & pla
cere Deo. Et hanc promissionem uult fide acci
pi, iuxta dictum: Ideo ex fide gratis, ut firma sit
promissio.

Et nisi fides repugnet dubitationi, & cum
uincat, non sit inuocatio, iuxta dictum: Quomo
do inuocabunt nisi credant? Fugit mens Deum
& fremit aduersus eum, non inuocat, nec conso
lationem ullam habere potest, nisi eluctetur ex du
bitatione. Hac tanta de re necesse est homines
sæpe commonescieri.

Ibidem 69. Sola fides, quæ intuetur in pro
missionem, & sentit ideo certò statuendum esse,
quod Deus ignoscat, quia Christus non sit frustra
mortuus, &c. Vincit terrores peccati & mor
tis. Si quis dubitat, utrum sibi remittantur pecca
ta, contumelia afficit Christum, cum peccatum illu
dicat maius aut efficacius esse, quam mortem &
promissionem Christi, cum Paulus dicat, gratiam
exube



CONTRA DVBI. PONTI

exuberare supra peccatum, hoc est, misericordiam
ampliorem esse quam peccatum.

Si quis sentit ideo consequi remissionem pec-
catorum, quia diligit, afficit contumelia Christum,
et comperiet in iudicio, &c. Hanc fiduciam
propriæ iusticiæ impiam et inanem esse.

Folio 39. Hoc non potest explicari, non pos-
sunt conscientiae reddi tranquillæ, nisi sciant man-
atum Dei esse, et ipsum Euangelium, ut certò
statuant propter Christum gratis remitti peccata,
nec dubitent sibi remitti. Si quis dubitat, is ut
Iohannes ait, accusat promissionem diuinam men-
dacijs. Hanc certitudinem fidei nos docemus re-
quiri in Euangelio.

Aduersarij relinquunt conscientias incertas
& ambigentes. Nihil autem agunt conscientiae
ex fide, cum perpetuo dubitant, utrum habeant re-
missionem. Quomodo possunt in hac dubitatione
inuocare Deum? Quomodo possunt statuere
quod exaudiantur? Ita tota uita est sine Deo
& sine uero cultu Dei.

Hoc est quod Paulus inquit: Peccatum est
quicquid non sit ex fide. Et quia in hac dubitati-
one perpetuo uersantur, nunquam experientur,
quid sit fides. Ita sit ut extremum ruant in de-
fperationem. Talis est doctrina aduersariorum,
doctrinu



DEFENSIO FIDUCIAE
doctrina legis, abrogatio Euangelijs, doctrinæ dea-
spirationis.

Folio 125. Cum igitur ex his quæ dicta sunt,
manifestum sit, quid significet uocabulum fidei, in
hac propositione, Fide iustificamur: hinc intelli-
gi potest perniciose errare Monachos, & alios,
qui iubent conuersos ad Deum dubitare an plac-
ant Deo. Hunc uulgarem errorem de dubitatione
manifestè refutant hæc dicta: Iustificati fide pa-
cem habemus. Item: Ideo ex fide, ut sit firma
promissio. Donec enim excruciamur dubitatio-
ne, corda fugiunt Deum, non acquiescent in
Deo, non invocant. Et promissio fit eis inanis
sonitus, quia non assentiuntur ei. Postremo.
Dei mandatum est æternum & immotum, ut cre-
damus filio Dei, iuxta hoc dictum, Spiritus argu-
et mundum de peccato, quia non credunt in me.

Item i. Iohan. 5. Qui non credit Deo, accu-
sat eum Mendacij.

Fst autem insulsa cauillatio, quod dicunt du-
bitandum esse propter nostram indignatcm, non
propter misericordiam.

Ideo enim edita est promissio, ideo filius Dci
mediator constitutus est, quia nos indigni sumus:
& ut pater propter ipsum passum, resuscitatum,

¶

C O N T R A D U B I . P O N T I F I .

O deprecantem pro nobis, ac uestigientem nos sua
iustitia certò sit propitius huic miseræ massæ, in-
dignæ & plenæ sordium, iuxta illud: Nulla
nunc est condemnatio his, qui in Christo Iesu am-
bulant. Absurdum est etiam, quod dicunt, nostræ
indignitatis causa dubitandum esse. Non enim
dubitandum, an displicat indignitas, sed ueris
gemitibus fateamur nos indignos esse, & opponam-
mus promissionem, cui assentiri mandatum Dei
est.

Nec rectè accommodatur ad hanc dubitationem
sententia in Ecclesiastæ: Nescit homo an amore
uel odio dignus sit. Amentia est fingere Salomo-
nem hoc uelle, nec iustos nee iniustos debere statu-
ere, an placeant aut displiceant Deo: Cum
certissimum sit, perseverantes in sceleribus con-
tra conscientiam, displicere Deo. Sed abducit
nos Salomon à spectaculis externis ad uerbum
Dei, quasi dicat, ex rebus secundis non statuas te
placere Deo, nec propter res aduersas displicere.
Non ideo placet Alexander, quia uincit, & ma-
gno imperio potitur. Iob in calamitate, David
in exilio, non ideo statuant se abiectos esse à Deo,
quia sunt ærumnosi. Non ex his euenti-
bus seu externis spectaculis iudicent, sed ex
uerbo Dei. Etiam si in media calamitate
offer-



DEFENSIO FIDUCIAE
offertur consolatio. Ezech. 18. Viuo ego
nolo mortem peccatoris &c. Sic Deus dilexit
mundum, ut filium unigenitum dederit, ut omnis
qui credit in eum non pereat, Ioban. 3.

Deniq; error de dubitatione prorsus Ethnica
imaginatio est, ac Euangelium abolet, & in con-
uersione ueram consolationem iis, qui iram Dei
sentiunt, adimit.

Docendi sunt potius homines, hanc certò
uocem Euangeli⁹ esse, ut filio Dei credamus, ac sta-
tuamus gratiam exuberare supra peccatum: Ide-
oq; repugnemus dubitationi, & eluctemur & fide
eam uincamus, ut accedere ad Deum, inuocare
eum & ei gratias agere possimus. Hi summi cul-
tus horribiliter impediuntur, quandocunq; animi
concutiuntur fluctibus dubitationum, ut experi-
entia ostendit. Hinc perspicuum est, quare de-
cretum Tridentine Synodi, quod confirmat er-
rorem de dubitatione, taxare necesse sit.

In Epistola ad Romanos cap. 14. Parte 3,
folio 1445. Vocat autem infirmum in fide,
nondum satis eruditum in doctrina libertatis.

Porro cum inquit subleuandum esse, ne inci-
dat in dubitationes, utrumq; monet, ne cogatur ali-
quid facere contra conscientiam, seu improbante
consciā



C O N T R A D V B I . P O N T I F I .

conscientia. Item, ut paulatim prouochatur, & eripiatur & liberetur à dubitatione. Nam dubitacio in quocunq; articulo, si non emendetur, sed augescat, est horribilis pestis, & excutit fidem, & accersit desperationem, odium totius Euangelij, & manifestam impietatem. Sicut accidit Iuliano & multis similibus.

In eadem pagina 1048. In tali consolacione potest intelligi, quid sit fides, ac tunc fides re=pugnat naturali dubitationi, & uincit diffidentiam. Hac spē primum persona placet Deo propter Christum, deinde statuit etiam placere bona opera propter pontificem Christum, tametsi sunt imperfecta & immunda. Et necesse est doceri homines, quod requirat Deus, ut in fide seruiamus, non in dubitatione perpetua. Non sic cogitent, et se seruio Deo, & inuoco eum, tamen dubitare debeo, an haec ei placeant. Haec dubitatio continet multa peccata, negat Euangelium, negat Deum remittere peccata, nihil expectat à Deo, & tacite indignatur, & fremit aduersus Deum. Haec sunt peccata, quae proprie per legem existunt, ut uocat Paulus.

Quare necesse est hanc dubitationem in Ecclesia reprehendi, & opponi doctrinam de fide. Reprehendendus est etiam uulgatissimus error, qui in Ecclesiam sparsum est, scilicet, quod Christia-

N anus



DEFENSIO FIDUCIAE

anus debeat dubitare, an sit in gratia. Item, quod hæc dubitatio non sit peccatum, & ad hoc alle-gant dictum ex Ecclesiaste: Nescit homo an amo-re uel odio dignus sit. Deinde queruntur conie-cture ab operibus, utrum simus in gratia, & tam-en afferunt aduersarij, quod sit dubitandum, & quod dubitatio non sit peccatum. Hec tota imagi-natio pugnat cum doctrina de fide.

Porro non negamus hærere in animis natura-lem dubitationem, & diffidentiam, quam omnes experiuntur. Sed illud sciendum est, hanc ipsam dubitationem & diffidentiam esse peccatum, & oriri ex naturali cæcitate, quæ repudiatur promissi-onem Euangeliij. Etsi igitur hæret in animis illa dubitatio, tamen opponi debent hæc duo, scilicet promissio Euangelica & mandatum, quod præ-cipit, ut credamus illi promissioni. Repugnandum est igitur dubitationi, & uincenda diffidentia ac statuendum, quod Deus uerè ignoscat credentibus, eosq; uerè recipiat, curet & exaudiat. Et hanc si-dem uerbo effici, & ali sciamus.

Nec solum promissio requirit, ut credamus, sed etiam præceptum additum est immutabile, quod seuerissime mandat, ut credamus, uerè nobis contingere propter filium Dei, ea quæ promissa sunt:



CÔNTRÂ DVBÌ. PONTIFI.

Sunt. Sic dicitur 1. Iohan. 3. Hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius. Item: Qui non credit Deo, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Et Ebr. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae. His mandatis & promissionibus repugnat doctrina, quæ iubet dubitare.

Quare luctandum est cum dubitatione, & regenda fides in omni inuocatione: Sicut & Iacob præcipit: Postulet in fide nihil hesitans. Nec placent Deo cultus in illis, qui non repugnant dubitationi, sed taciti apud se retinent diffidentiam, quod non respiciantur, quod sint abiecti. Haec peccata agnoscere discamus, ut eis repugnemus & uera exercitia fidei excitemus.

Sic ergo intelligatur dictum Pauli: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Meminerimus facienda esse opera præcepta à Deo, & facienda in hac fide, quod Deus sit nobis propitius propter mediatorem Christum, & propter eum exaudiat & curet nos, & condonat infirmitatem & bona opera approbet.

Iam ad hanc sententiam conferantur cultus hypocritici. Cum faciant opera non mandata à Deo, non possunt credere talem cultum, ei placeat, quia nullum habent uerbum de uoluntate Dei.

DEFENSIO FIDUCIAE

Secundo, Quia doctrinam de fide improbant, & iubent dubitare, accedit alia impietas, inuocant sicut Gentes, tacite cogitantes apud se, se non respici, non curari, non exaudiri a Deo, fortassis etiam abiectos esse. Hæc perpetua dubitatio est impietas, etiam si mundus eam non iudicat peccatum.

Quomodo igitur dictum Salomonis intelligendum est: Nescit homo, an amore uel odio dignus sit? Respondeo simplicissime, Salomon non loquitur de iudicio conscientiae erga Deum, de gratia uel abiectio[n]e, sed de eventibus in hac uita, hos dicit esse incertos, & bonis & malis similia accidere in hac uita. Hæc incertitudo efficit Epicureos, ac mouet, ut negent prouidentiam. Abel est pius, & tamen trucidatur a fratre. Iohannes Baptista interficitur, interim tyrannus fruitur omnibus uoluptatibus, & multi impij non habuerunt Tragicos exitus. Hæc argumenta collegit Salomon, ut admoneat nos, ne propter hoc scandalum deficiamus a Deo, neve ex eventibus iudicemus de uoluntate Dei, sed ex uerbo. Item, Ne pij fiant securi, & exuant timorem Dei, ne fiducia propriæ iusticie aliquid moueant sine uocatione, etc.

Ibidem. In Epistola ad Romanos cap. 4.
folio



CONTRA DVBI. PONTI.

folio 964. Minor syllogismi est, Promissio gradia debet esse certa & rata. Primum enim quid fuisse opus edere promissionem & reuelare promissionem, si nulla esset. Eset autem nulla, si pendebat ex conditione Legis, quia Legi nunquam satis fit. Imo ideo reuelata est reconciliatio, quia Lege non poteramus consequi. Et ob hoc ipsum detracta est Legis conditio. Secundo, Dubitatio in animis parit desperationem, sicut supra dictum est, Lex efficit iram. Ideo necesse est nobis promissionem esse notam, certam & ratam, ut opponatur dubitationi, & sit efficax consolatio.

Hoc loco necesse est repræhendi opinionem vulgarem, quæ docet, quod conscientia debeat dubitare de remissione peccatorum, & an Deus sit nobis propitius, & quod hæc dubitatio non sit peccatum. Hæret quidem naturaliter in omnium animis dubitatio. Nam et caligo tanta est, ut seculi animi etiam iram Dei contemnant, & de iudicio dubitent, & deinde, cum conscientia perturbatur, perpetuo accusat & condemnat.

Fatemur igitur hærere dubitationem in animis, sed dicimus dubitationem illam peccatum esse, & repugnandum esse dubitationi. Ideo enim reuelata est promissio, ut corrigat illam dubitatio-



DEFENSIO FIDUCIAE

nem, ut certam & firmam consolationem habeamus, & certò statuamus nobis remitti, & nos exaudiiri, & Euangelium, sicut proponit promissionem, ita expresse requirit fidem, ut illi ipsi promissioni credamus, ut Iohan. 3. Fides autem est contraria dubitationi. Item dubitatio accusat Deum mendacij, negat Deum ueracem esse, &c. Quare & promissionem & mandatum de fide debemus opponere dubitationi, & discere, quod dubitatio sit sumnum peccatum.

Scholastici ideo imaginati sunt dubitationes non esse peccatum, quia uiderunt eam naturaliter haberere in animis. Item prorsus non discernebant legem ab Euangeliō, non considerauerunt requiri fidem, aut quid sit fides, quia imaginabantur fidem esse noticiam legis. Itaq; haec doctrina de dubitatione, uel quod iubent dubitare, simpliciter abolerent totum Euangeliū, promissionem & mandatum de fide. Quare repudianda est illa impia imaginatio, quæ iubet dubitare.

Ibidem. Cap. 7. folio 990.

Cum essemus in carne.

Attexit conclusioni antithesen, ut obiter describat, qualis fuerit prior seruitus sub lege, & econtra, qualis res sit illa nouitas, quæ existit, cum sumus liberati à lege. Talis, inquit, erat seruitus,



C O N T R A D V B I . P O N T I .

uitus , ut lex etiam augeret peccatum , quia cum accusat & perterrefacit , incenditur dubitatio , & sequitur indignatio aduersus Deum & desperatio . De huiusmodi peccatis propriè hic loquitur , cum ait : Affectus peccatorum excitati per legem erant efficaces in membris nostris , id est , dubitatio & indignatio aduersus Deum , auertunt cor a Deo , prohibent invocationem , &c.

Primum enim illa ingens dubitatio , quæ in omnium hominum animis hæret , certè est efficax in membris , quia propter illam dubitationem rulant homines contra uoluntatem Dei , ut , quia non confidunt Deo , multa faciunt metu & diffidentia contra uoluntatem Dei in querendis opibus , auxilijs &c. Hanc autem dubitationem seu diffidentiam auget lex , quæ quia semper accusat , facit ut corda sint auersa à Deo , fugiant Deum , non innocent , non confidant , non expectent à Deo auxilium . Multò magis hæc fiunt , & magis conspiciuntur in ipsis erroribus & agone conscientiae , ut in Saul terrores excitati per legem , profectò erant efficaces in eius membris , parabant indignationem & fremitum aduersus Deum , desperationem & mortem , prohibebant invocationem .

Est autem hic locus diligenter obseruandus , ut discamus illam dubitationem esse peccatum , ut

N 4 repu-



DEFENSIO FIDUCIAE

repugnemus, & erigamus nos Euangelio, & sci-
amus esse cultum Dei, in illis terroribus repugna-
re dubitatione & diffidentiae. Sed maxima pars
hominum uiuit in illa perpetua dubitatione &
diffidentia, nec inuocat Deum, nec petit, nec ex-
pectat quicquam à Deo. Hæc arcana peccata, non
cernunt homines. Sed Christiani ea intelligere de-
bent, ut discant repugnare diffidentiae, & conso-
lari se uoce Euangeli, ut concipient ueram fidem.
Paulus usus est admodum significantibus uerbis,
cum nominat affectus, & diserte dicit eos per Le-
gem excitari, & addit, efficaces esse in membris.
Hæc sunt admodum illustres descriptiones, sicut in
Saule uidemus, quam sit uehemens indignatio,
quam sint ardentes motus. Sic in singulis homini-
bus dubitatio auertit corda à Deo, & tenet ca-
ptiuia. Hæc non dicuntur uulgari iudicio à Pau-
lo, sed spiritualibus oculis intuetur Paulus capti-
uitatem cordium humanorum, & arcanam diffi-
dentiam & dubitationem, que postea infinita
peccata parit.

Eodem pertinet quod postea inquit, mortui
Legi, qua captiui tenebamur. significat enim il-
lam captiuitatem, qua corda humana oppressa
dubitacione, diffidentia, paucoribus, auertuntur à
Deo, fugiunt Deum, nec possunt uerè inuocare,
nec



CONTRA DVBI. PONTI.

nec statuunt sibi ignosci. Sed quando audita
uoce Euangelij erigunt se, & ueram fidem conci-
piunt, tunc incipiunt Deum agnoscere & inuo-
care, & statuunt sibi ignosci, se exaudiri, expe-
ctant bona à Deo. Sic de libertate loquitur 2. Co-
rinth. 3. Et hic ait, liberationem ex illa captiu-
itate ita fieri, ut iam corda liberata diffidentia, ue-
rè agnoscant Deum. Ideo ait, Ut seruiamus in-
 nouitate spiritus.

Ibidem. In Euangelio Dominica 4. post
Epiphanias. In explicatione secundi loci, fol. 36.
Naturaliter dubitant animi, præfertim in affli-
ctionibus, an Deo curæsimus, an sit nos seruatu-
rus, an uelit exaudire. Hoc ingens & arcanum
peccatum, non intelligunt Hypocritæ. Imò fin-
gunt has tenebras & dubitationes non esse pec-
cata. Hic error maximè repræhendendus est in
Ecclesia. Et discrimen facit doctrina de fide, inter
Ecclesiam & omnes alias sectas. Est enim manda-
tum Dei eternum & immutabile, ut credamus in
filium Dei, hoc est, ut credamus nobis propter filium
dei ignosci, nos recipi, curæ esse Deo, audiri à Deo
et seruandos esse, ideo toties scriptū est, orate sine
hæsitatione. Oret in fide nihil hæsitanter, Imò cum
dubitacione semper coniuncta est indignatio ad-
uersus Deum, superantur autem impij dubitatio-



DEFENSIO FIDUCIAE

ne, sed sancti cum dubitatione luctantur, & uiunt
cunt eam fide.

Hæc doctrina in conspectu nobis esse debet in
omni iuocatione & clamitandum est, Domine
adauge nobis fidem. Item, Credo Domine, sed
adiuua incredulitatem meam. Colligendæ sunt eti-
am sententiae & exempla, quæ prohibent dubita-
tionem, ut Omnis qui confidit in eum non confun-
detur. Item, Fides tua te saluum fecit. Et
in Euangelio Christus obiurgat Apostolos: Quid
timetis, seu potius trepidatis, uos modicæ fi-
dei?

Diligenter autem considerandum est descri-
men, ubi sit dubitatio impia, seu quæ nominatim
credi & expectari oporteat, uidelicet promissio-
vem Euangeliū propriam, quod Deus propter
Christum tibi uelit ignoscere, te recipere, te exau-
dire & saluare.

Hæc necesse est credi, & prælucere hæc genera-
lis fides in omni iuocatione debet, quia est man-
datum immutabile & uniuersale: Hunc audite.
Omnis qui credit in filium saluabitur. Qui non
credit in filium, manet ira Dei super eum.

Dominica 3. post Trinitatis. In secundo loco,
fol. 100. Sed humana ratio multa opponit.
Deus etiam si est misericors, tamen & iustus est,
miscretur corum, qui suis meritis compensant la-
psus



C O N T R A D U B I . P O N T E F I .

psus. Item, miscretur non tam atrociter lapsis,
mea peccata nimis multa & magna sunt. Hæ sunt
legales, & rationales imaginationes, quibus op=
ponendum est Euangelium, quod clamat, certò,
gratis nos recipi propter filium Dei, clamat
item, exuberare gratiam supra peccatum. Ma-
ior est Christus, quam peccata nostra, modo ut
eum fide agnoscas, credas esse mediatorem, & hoc
mediatore accedas rursus ad Deum, rursus in=
uoces.

Parte 4. In Epist. ad Romanos cap. 14. fol.
195. Vnusquisq; in sua mente certus fit.

Id est, nihil fiat dubitante conscientia, sit au=
tem conscientia confirmata uerbo Dei. Hæc do=
ctrina ualde necessaria est, nihil faciendum esse
contra conscientiam, nihil item faciendum esse
dubitante conscientia. Et infra repetita est hæc
doctrina: Omne quod non est ex fide, peccatum
est.

Id dictum Papistæ tantum enarrant legaliter,
uidelicet, Quicquid pugnat cum lege peccatum
est, quod rectè dicitur, sed nondum reddit inte=
gram Pauli sententiam. Non enim satis est, facta
cum lege congruere, sed oportet prælucere agni=
tionem Christi, & totam obedientiam regi fidu=
cia filij Dei, ita, ut & sciamus, quæ facta pla=
ceant, & quomodo placeant, placent autem
facta



DEFENSIO FIDUCIAE

facta congruentia cum lege , cum persona placet
iusta fide , gratis propter mediatorem , & deinde
scit obedientiam incoamatam requiri , & placere
propter Mediatorem , quanquam Legi non satis-
facit.

Hic necessè est taxari teturum errorem Papista-
rum , qui docent , semper dubitandum esse , an sis
reconciliatus , & hanc dubitationem non esse pec-
catum . Huic errori opponendum est hoc dictum
Pauli : Omne quod non est ex fide , peccatum est .
Verbum τὸ ληροφορεῖθαι significat certum esse ,
ut apud Isocratem τὸ ληροφοριθεῖσμον λέγεται ,
id est , cum certus esset me negare .

Sic prorsus usus est eo uerbo Paulus , Rom . 4 .
de Abraham . Cum certus esset , Deum posse steri-
lem matrem fœcundam facere . Et Lucæ capite 1 .
& Colos . 2 . πληροφορία , significat certitudinem ,
quasi dicas , plenam assensionem .

Sed dicat aliquis : Gloriose iactatis , uos Deo
placere , cum tamen hæc naturalis caligo semper
sentiat dubitationes & diffidentiam ? Respon-
deo : Verum est , dubitationes & diffidentiam
hærere in animis hominum in depravatione natu-
re : Sed hanc ipsam ob causam Deus edidit uo-
cem Legis & Euangeli . Vult nos de utraq; re ,
de



CONTRA DVBI. PONTI.

de ira & de gratia certos esse. Vult certò sci-
ri, Deum uerè & horribiliter condemnare non
conuersos ad filium, sicut scriptum est, Ioh. 3.
Qui non eredit in filium, non uidebit uitam, sed
ira Dei manet super eum. Vult rursus etiam im-
mensa bonitate nobis certò notam esse reconcilia-
tionem donatq; propter filium credentibus.
Hanc ipsam ob causam edita est promissio de filio,
& de gratia statim ab initio, cum ignota esset om-
nibus creaturis, ideo inquit Dominus: Sic De-
us dilexit mundum, ut filium unigenitum dederit,
ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat
uitam æternam. Et hanc promissionem uult no-
tam esse, & rectè intelligi, & fide accipi. Quor-
sum enim attineret reuelatam esse, si non esset fi-
de accipienda. Sic igitur inquit Paulus, Ideo ex
fide, gratis, ut sit firma promissio: Quare addi-
tum est iuramentum, nisi ideo, ut nobis consolatio
certa sit. Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem
peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Sit igi-
tur in nobis conuersio, & fide apprehendatur
gratuita promissio, ut consolationem teneamus
contra desperationem & dolores inferorum. Ideo
de utraq; re dicitur Marci 1. Agite poenitentiam,
& credite Euangelio.

Quanquam autem hæret dubitatio in omni-
bus hominibus in hac depravatione naturæ: tamen
huic



DEFENSTO FIDUCIAE

Huic dubitationi mentes conuersæ repugnant & opponant uocem promissionis, & accendatur talis fides, que credat, non tantum alijs dari remissionem peccatorum, sed tibi ipsi quoq; & hac fide accedas ad Deum, & elucteris ex dubitatione, ut possis inuocare Deum. De hac fide erigente & consolante corda in ueris doloribus loquitur Paulus, cum ait: Iustificati fide pacem habemus. Item, Ephe. 3. Per quem audemus accedere in fiducia per fidem eius.

Ibidem. Opponit certitudinem & dubitationem. fol. 488. Propositio. 6.

Vt igitur promissio sit firma, hoc est, ut certo consequamur promissam reconciliationem, necesse est, in ea, sine conditione legis, & non propter legem, offerri reconciliationem.

Ac oportet conscientiam certam esse de remissione peccatorum, & reputacione iusticiae, & donatione uitæ æternæ.

Nam conscientia dubitans, an Deo placeat, vdit & fugit indicium Dei & ruit in desperacionem.

Opinio Sophistarum, quæ iubet dubitare conscientiam an Deo placeat, prorsus est impia, & tollit uniuersum uerum cultum Dei & inuocationem. Quomodo cum inuocabunt, nisi crediderint? inquit Paulus.

Tollit

CONTRA DVBI. PONTI

Tollit et uniuersam consolationem conscientiarum, denique abolet uniuersum Euangelium.

Hic locus; Quod promissio debeat esse certa, hoc est, quod conscientia debeat certo statuere, quod consequatur remissionem peccatorum et reparationem iusticie, Item quod promissio non habeat conditionem legis, totius controuersiae de iustificatione συνεχοπ est. In hunc igitur locum, Quod promissio debeat esse certa, item quod non habeat conditiones legis, semper intueri nos oportet, et hinc firmam et certam consolationem ac doctrinam, de uero cultu Dei sumamus, et ut fontes sententie Pauli cognoscamus.

Propositio 30.

Quod facile potest intelligi, si ad personam referatur. Persona dubitans an placeat Deo, non sentit se exaudiri, ideo non uerè inuocat Deum, immo irascitur Deo, fugit et odit iudicium Dei, Iam si persona est immunda, opus etiam immunidum est.

Econtra, cum persona habet fiduciam misericordiae, credit se exaudiri, uerè inuocat Deum, non irascitur Deo. Postquam igitur persona placet, placent et opera. Ita si fides ad personam referatur, facilime intelligi potest, quomodo exinde bona opera fieri debeant.

Hec



DEFENSIO FIDUCIAE

Hæc doctrina de dubitatione eximenda necesse
fari est, & quia hoc peccatum, uidelicet, perpe-
tuam dubitationem de misericordia, non ferè in-
telligunt homines, diligenter hac de re admonendi
sunt, ut lucrari cum impietate naturali discant &
dubitatem fidei superare.

Ita discent uerè inuocare Deum, & uerè colere.

Hoc intereat inter Euangelijs doctrinam, &
doctrinam hypocriticam. Hypocritica docet &
cumulat cultus, cum hac dubitatione. Euange-
lium contrà docet hanc dubitationem impiam esse.

Ibidem. In Epistola ad Roma. cap. 8. fol.
155. Indicatur quid mouerit Monachos ad do-
cendum dubitationem. Deinde quod dubitatio
fide uincenda sit.

Hæc duo argumenta non leuiter concutunt
omnium hominum animos. Ac priori arguento
sic moti sunt Monachi, ut docuerint in hac uita
semper dubitandum esse, an simus in gratia et hanc
dubitatem approbent, & dicant esse humilita-
tem. Aduersus hunc teturum errorum constantissi-
me docet uox Euangelijs, uincendā esse fide dubita-
tionem, sic ut conuersi ad Deum, statuant, uerè si-
bi remitti peccata propter filium, & propter eum
se placere Deo, quanquam adhuc hærent in nobis
non peccata contra conscientiam, sed defectus &
prauæ inclinationes, & flammæ prauorum affe-
ctuum, quibus tamen repugnamus.

Hæc

CONTRA DVBI. PONTI.

Hec doctrina de vincenda dubitatione, &
hæc necessaria consolatio sepè repetita est supra,
vbi consideres hæc testimonia. Rom. 4. Ideo ex fide,
ut sit firma promissio, qui dicat: Non credenti pro-
missio inanis sonitus, & mandatum æternum, &
immotum Dei est, ut audiamus filium, ut inquit cœ-
lestis pater. Hunc audite. Item in Psalmo: Ocula-
mini filium. Hunc contumelia afficiunt qui non
tribuunt ei hunc honorem, ut credant sibi propter
ipsum remitti peccata.

Huc adde alia illustria testimonia. Acto. 10.
Huic omnes Prophetæ testimonium, perhibent, re-
missionem peccatorum accipere, per nomen eius, qui
credunt in eum. Rom. 5. Iustificati fide pacem, &c.
Opposita est autem hæc pax dubitationi. Et Ephe-
3. per quem audemus accedere in fiducia per fidem
eius. Item Ebræ. 4. Accedamus cum fiducia ad
thronum gratiæ. Sciamus igitur mandatum Dei
& propriam Euangeliæ vocem esse, ut credamus no-
bis remitti peccata in conuersione, & conuersos
esse in gratia propter filium, & vincendam esse du-
bitationem hac fide. Et quanquam hæc victoria lan-
guida est, tamen assidue crescere & Pœnitentia-
tiam & hanc victoriam oportet, sicut in-
quit ille, credo Domine, sed opem fer incredulitati
meæ.

O

Ibidem



DEFENSIO FIDUCIAE

pite 1. Scio cui credidi &c. Hic mouentur disputationes de dubitatione, An conuersus debeat manere in dubitatione, utrum habeat remissionem peccatorum, & an sit in gratia? Hic plane respondendum est. Quanquam natura liter hæret in hominibus dubitatio, tamen certissima doctrina est, & vox Euangelij perspicua, conuersos oportere vincere dubitationem, & statuere quod habeant remissionem peccatorum, & sint in gratia. Ideo enim promissiones diuinitus traditæ sunt, ut naturalis dubitatio tollatur, & non credenti seu manenti in dubitatione promissio inanis sonitus est.

Ideo Paulus inquit ad Romanos capite quarto: Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Hæc fides opposita est dubitationi, iuxta illud ad Romanos capite quinto: Iustificati fide pacem habemus & accessum ad Deum. Quanquam autem sentitur trepidatio, tamen sciant corda dictum in Marco capite nono, Credo Domine, sed opem fer diffidentiae meæ. Sic petamus & nos confirmari, iuxta illud. Quanto magis dabit pater coelestis Spiritum sanctum petentibus: & hæc fides intueretur promissionem, & crescat in invocatione.

Hoc cum sit, consolatio ipsa in nobis est testimonium, quo agnoscimus nos liberari ex morte eterna, de qua consolatione inquit Paulus ad Romanos



CONTRA DVBI. PONTI.

manos capite octauo : Accepistis Spiritum clamantem Abba pater. Hic Spiritus dat testimonium Spiritui nostro, quod simus filii Dei. Et in hanc sententiam ait Augustinus : Credens sit se credere.

Verum est autem, Prophetas & Apostolos habuisse singularia testimonia, quae etiam si propter ministerium, & propter auditores ipsius data sunt, tamen etiam ipsos priuatim confirmant, & tamen ipsorum fides nitebatur non illis donis & miraculis, sed misericordia propter filium Dei promissa.

Querunt Monachi hanc certitudinem non in promissione, sed in qualitatibus suis, ubi cum inueniant immundiciem, iubent manere in dubitatione. Contra vero sciendum est, fidem intueri promissionem, non qualitates nostras, sicut recte dictum est ab Augustino : Totius fiduciae certitudo esse debet in precioso sanguine Christi.

Hactenus Lutheri & Philippi sententias monstrauimus, que testimonij scripturae confirmantur, nunc Paucas addemus ex aliorum scriptis.

Ioannes Brentius in cap. 5. Leuitici. fol. 25.
Vbi confutat Pontificios, qui corrumpunt prava interpretatione locum de non fundendo oleo, & non ponendo thure super sacrificium.



DEFENSIO FIDUCIAE

Sunt, inquit qui hanc cœremoniā sic interpretentur. In oblatione, inquiunt, pro peccato non ponebatur oleum, quo significatur misericordia Dei, nec thus, quo significatur diuina acceptio, quia peccator non debet scipsum assecurare, quod peccatum sit sibi dimissum, vel munus suum Deo acceptū, sed debet semper timere. Docent & alia's dubitationem de diuina clementia erga nos, & allegant illud Ecclesiastæ: Nescat homo, vtrum amore vel odio dignus sit. Hæc doctrina de dubitatione manifeste pugnat cum mandato Dei de fide, & euerit veritatem omnium diuinarum promissionum, adeoq; totius Euangelij de Christo. Nihil enim verius est diuinis prōmissionibus, nihil certius est Euangelio Christi, quod perspicue docet, Dominū Deum nostrum reconciliatum esse nobis propter Christum, ac summo nos amore & gratia propter ipsum complecti. sicut per vnius delictum, inquit Paulus, propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iustificationem propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem vitæ. Et iterum: Certus sermo, & dignus quem modis omnibus amplectiamur, quod Christus Ihesus venit in mundum, ut peccatores saluos faceret. Et quia Euangelio Christi nihil est certius, nihil firmius, ideo exigitur fides. Resipiscite, inquit, & credite Euangelio. Nihil autem magis pugnat



CONTRA DVBI. PONTI.

pugnat cum fide quam dubitatio. Quanto enim= maior est dubitatio, tanto minor et imbecillior est fides.

Quare qui docent dubitandum esse de fauo= re, gratia et amore Dei erga nos, hi manifeste do= cent, non esse firmiter credendum Euangelio, et di= uinas promissiones esse incertas, qua doctrina quid potest magis impium, et horribilium cogitari.

Idem in 2. capite Iosuæ, folio 14. Vbi expli= cat constantiam certitudinis, unde videlicet certi fuerint Israelitæ de victoria Cananeorum.

Non enim fuerunt certi propter fiduciam sua= rum virium, iusticie propriæ, prudentiæ ducis ad= hoc noui, vel ob alias causas, sed certitudo pendebat ex sola Dei promissione. Ex hoc exemplo rationa= tur certitudinem fidei pendere non ex nostris qua= litatibus, sed ex promissione Dei.

Hoc exemplo, inquit, docemur, quod et nos debemus esse fide nostra certi, quod peccata nostra sint nobis remissa, et quod salui erimus. Et quo modo hoc potest esse, inquis, cum non liceat mihi oc culta Dei perscrutari, sed fortuna mibi tentanda est et c. At omnino vult Deus ut certi simus. Nam qui non est certus, ille dubitat de promissione Dei,

DEFENSIO FIDUCIAE

quæ est in Christo Iesu, qui autem dubitat, ille inducit Deum mendacem. Qui autem iudicat Deum mendacem, is à Deo reiicitur & condemnatur. Proinde ne condemnemur, oportet nos remissionis peccatorum certos esse. Vnde erga colligenda certitudo nostra ? num ex operibus nostris ? Sed opera nostra sunt pectata, vel externa vel interna.

Num e prædestinatione Dei ? Sed illa per se nobis occulta est. Num ex eo quod inter Christianos viuimus, & è Christianis parentibus orti sumus ? Sed multi mali inter Christianos viuunt, & multi impij filij è pijs parentibus prognati sunt. Reliquum igitur est, quod oporteat nos certitudinem nostram afferre tantum ex promissione gratuita Dei, quæ est in Christo Iesu. In hoc enim promisit Deus gratis, tantum ex misericordia, remissionem peccatorum & salutem, non ex conditione aliquorum operum, sed gratis sine meritis, si modo in ipsum credamus. Promissio autem Dei certa est, & Deus non potest esse mendax, nec potest fallere. Is etiam pro ratione certitudinis huius operatur.

Sicut qui certus est, quod immincat pluia, & peregrinatur, is munit se tunica. Qui certus est, de frigore hyemis, is munit se lignis, &c.

Vnde stultè imo impie faciunt, qui dicunt, si certa



CONTRA DUBI. RONTI.

certa mihi est salus, ergo faciam, quod liber, peccato-
bo, &c.

Nam & hoc stultum esset, si quis dicat, Ceter-
pus sum de frigore hyemis, ergo non parabo mihi
ligna. Qui enim de remissione peccatorum certus
est, is etiam cauet peccata, operatur ea que ad salu-
tem pertinent.

In Esaiam cap. 38. fol. 515. De certitudine
fidei in invocatione.

Considerandum igitur est, quo in quavis oracio-
ne, siue ea petat spiritualia & expresse promissa,
siue corporalia non expresse promissa bona, sem-
per necessaria est generalis illa fides, de placatione
Dei, per semen Abrabæ, sed per Iesum Christum
filium Dei. Petitur enim aliquid à Deo, ne-
cessum est, ut credat certo, Deum sibi propicium,
Deum sibi fauere, & velle ipsum seruare in omni-
bus periculis. Hoc autem nemo vere credit, nisi qui
credit in Iesum Christum. Deus enim placatus est
nobis per solum Christum filium suum. Quare, qui
ignorat aut contemnit Christum, non habet veram
fidem in precibus, nec preces eius sunt vere pie.
Quales sunt omnes Turcae, hypocrite, & impoe-
nitentes. Sed osceleratam impietatem Papistarum,
qui damnant hanc fidei certitudinem in oratione,
& vocant eam præsumptionem.

O 4

Itaque



DEFENSIO FIDUCIAE

Itaque damnant vniuersum Euangelion Christi, quod hoc solum agit, ut certificet nos de fauore Dei erga nos propter Iesum Christum filium Dei per fidem. Deinde magnum est discrimin earum rerum, quas petimus a Deo in precibus. Quædam enim sunt manifestis verbis promissæ, ut sunt remissio peccatorum, & vita æterna propter Christum. In harum igitur rerum petitione, nihil prorsus est dubitandum, & certa debet esse fides, quia verbum promissionis est certum.

Talia testimonia multa colligi possunt ex scriptis D. Iohannis Brentij, quorum pauca monstratis locis annotabo.

In Iohann. cap. 8. Homel 67. fol. 445. Ostendit quibus fundamentis nitatur nostra fides, in dicto: Nisi credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris.

Primum autem ostendit unde sit hæc fidei certitudo.

1. Non ex humanis opinionibus.
2. Non ex maiorum traditionibus.
3. Non ex hominum exemplo, vel ex humana autoritate.

Pendet, vero ex diuina autoritate, ex verbo Dei.

Verbum

DEFENSIO FIDUCIAE

Verbum autem testatur Christum initio promissum, & iusticiam attulisse.

2. Omnes circumstantias saluatoris familiam certam, certum tempus & locum certum definit.

3. Et quod a Prophetis predictum fuit Apostoli etiam comprobarunt.

Item testimonia coelestia, Miracula Christi, Passio, resurrectio, miracula etiam Apostolorum. Hæc omnia certitudinem adferunt.

In Cap. 4. Iohann. Homel. 42. Fol. 276.

In hac autem simili conscientie disputatione, Primum diligenter cognoscendum est, quod inueniamus gratiam apud Deum Patrem, per fidem quidem, non autem propter fidem.

Hæc enim nunquam est in hac mortali carne perfecta, sed propter Christum, qui fide etiam imbecilli accipitur.

Infirma quidem est fides, sed non infirmus est Christus, qui per fidem accipitur.

In Cap. II. Iohann. Homel. 4. folio. 588.

Quod fides debeat nisi certo verbo, & ubi habet certum verbum, ubi non est dubitandum.

Vbi vero verbum non habet, non debet fin gere aliquid, quasi certo futurum sit. Ut si quis certam thesauri alicuius inuentionem sine verbo sibi imaginetur.



DEFENSIO FIDUCIAS

In capite 10. actor: Homel: 47. fol. 232.
Vbi confert naturam fidei & incredulitatis. &
ostendit incredulitatis proprium esse querere pre
textum dubitationum.

In Lucam cap. 10. fol. 653. Dicit incredu-
los abijcere librum in quo nomina ipsorum scripta
sunt & delere sua nomina ex libro vita.

In Matthei cap. 6. fol. 511. Docet dubitatio-
nem excludendam & iuuocationem dubitationi opa-
ponendam.

In Cap. 9. De verbis leprosi: Domine si vis,
potes me mundare. folio. 375.

Ibidem. fol. 389. De reprehensione ολιγο-
τησιας Apostolorum.

In Epistol. ad Rom. cap. 4. de verbis Pauli:
Nec infirmatus fide Ec. fol. 116. prolixè confutat
dubitatem.

Eandem materiam D. Doctor Iacobus An-
dreæ tractauit in libro cui titulus: Gründliche
erklärung dreier Hauptartikel auff den nach-
trückt Staphyli & ne in alijs scriptis, ut in 33.
Concionibus Eslingæ habitis.

Item, in principum & electorum germanie
contra Synodum Tridentinam scripto cuius titu-
lus. Städtliche ausführung &c. fol. 475. Vbi pre
ter dicta scriptura etiam patrum sententiae refe-
runtur prolixè.

Prolixus



CONTRA DUBI. PONTI.

Prolixius commemoravi nostrarum Ecclesiæ
rum testimonia eo consilio, ut ostenderem nostras
Ecclesiæ consentire in hac doctrina, primum cum
expresso verbo Dei, in quo fiducia certa postulatur
addita promissione vitæ æternæ et dubitatio pro-
hibetur sub pena æternæ damnationis.

Secundo. Cum Ecclesia antiquissima et pue-
riore patrum, in qua similiter explosa dubitatio-
ne fiducia in Christum postulata fuit.

Etsi vero pontifex Romanus in proxima
Synodo Tridentina contrarium affirmavit, et sub
pena excommunicationis certam in Christum fi-
duciam interdixerit, atq; Academicam de salute
nostra aubitationem à dilectis suis filiis postulaue-
rit, tutius tamen nos Deum promittentem et com-
mimantem audimus, quam pontificem et Romanum,
quod sciamus Dei promissiones et comminatio-
nes nunquam esse irritas, cum pontificis promissa
et fulmina inania vel θελητικα vel terricula-
menta sint, quorum efficacia ad alteram vitam
non pertinget.

XXIIII.

Testimonia ipsorum Papi-
starum.

Recitas



DEFENSIO FIDUCIAE

Recitauimus Testimonia scripturæ, patrum & recentiorum prorsus inter se se conuenientia. Nunc etiam ipsos pontificios audiamus. Primum enim aliqui inter ipsos pontificios conuicti in conscientijs, publicis etiam scriptis dubitationem reprehenderunt. Secundo. Aliqui turstinem huius dogmatis animaduertentes constanter negarunt vñquam à Pontificijs hanc tam absurdā opinionem fuisse traditam.

Tertio. Quia negari nullo modo potest, et cum expressa verba, edicta pontifícia et fulmina excommunicationis cum in proxima Synodo Tridentana, tum in multis alijs libris cōmonstrari possint, aliud commentum adferunt, videlicet, hanc non esse Canonum Synodi Tridentinæ sententiam.

Omitto autem cæteros, qui inter pontificios dubitationem publicè improbarunt, ac vnum tantum hunc produco testem Martinum Eysengrein, qui perquam prolixo scripto hanc materiam tractavit. Is non tanti dubitationis portentū improbat, sed constanter negat, vñquā à Pontificijs hanc opinionem fuisse traditam. Negat etiam Canonis Tridentini hanc esse sententiam, quod videlicet vñ credentibus sit dubitandum de gratia Dei. Et vt ab impia hac & portentosa opinione liberet Pontificios,



C O N T R A D V B I . P O N T I .

Pontificios, contendit hanc fuisse Sanctorum Patrum, qui in Synodo Tridentina congregati fuerunt, sententiam, quod videlicet Hypocritae, Epicurei, haereticci, destituti vera fidei, perseverantes in atrocibus delictis contra conscientiam & similes non debeat certò statuere, quod sint in gratia. Et si autem impudenter mentiatur, tamen ex eo scripto pius Lector abunde cognoscet, quam ipsi sibi Pontificij diffidant, adeo ut Canones suos in Synodo Tridentina sub anathematis fulmine promulgatos defendere non possint amplius. Ideo nunc coguntur fuso quodam, quoconq; modo, inducio excusare, tegere, palliare illos tam impios & blasphemos Canones. Et satis frigida tamen est illa ipsa excusatio Canonū istorum. Somniant in nostris Ecclesijs esse quosdam improbos haereticos, qui docent Epicureos debere certò statuere, quod sint in gratia Dei, nec debere eos ullo modo dubitare de gratia Dei et vitæ æternæ certitudine, etiam si perseverent in peccatis contra conscientiam et nullam prouersus agant poenitentiam & in tales illi, nec immerito, si nostræ Ecclesiæ tam Prophanam opinioni tuerentur, anathemata vibrant. Sed cum quibus præliantur isti? cum lemuribus & cum suis somnijs Nos enim prophanam istam opinionem nec agnoscamus, nec demonstrare illi in nostrorum scriptis possunt.

In eo



DEFENSIO FIDUCIAE

In eo scripto igitur Tria haec animaduera-
tantur. Primum, quod Pontificij de dubitatione
sua dubitare & sibiipsis diffidere incipient. Dein-
de quod quacunq; ratione turpitudinem huius
dogmatis non nihil excusare & tegere conentur.
Tertio, quod falso accusent nostras Ecclesias, quasi
doceamus: Epicureos perseverantes in atrocibus
delictis contra conscientiam certò statuere debere,
quod verè sint in gratia & Quod atrocia delicta
contra conscientiam non impedian gratiam Dei
& peccatorum remissionem.

XXV.

Testimonia Philosophorum, qui &
in Philosophia dubitatio-
nem damna-
runt.

Academici ἐπόχης docuerunt & omnibus
rebus certitudinem ademerunt. Dixerunt enim
omnia incerta esse & de nulla re certi aliquid pro-
pronunciari posse. Oportere igitur ἐπέχειν, su-
spendere sententiam & dubitare, utrum res sint
re vera tales, quales nobis videntur esse.

Augustinus tres libros scripsit contra Aca-
demicos



CONTRA DVBI. PONTI.

demicos & dicit: Non tantum eos dixisse, omnia
incerta esse, verum etiam copiosissimis rationibus
affirmasse.

Item: nihil certo sciri.

Veritatem non posse inueniri.

Verum non posse compræhendi.

Sapientem nulli rei assentiri.

Cum enim omnia incerta sint, errare sapi-
entem, si incertis assentitur. Verisimile aliquid via-
deri posse. Reuera autem tale esse, affirmari non
posse.

Exemplum.

Si quis quærat oleastri frondes dulces ne, an
amaræ sint respondent in certum esse. Sibi quidem
videri amaras Capro tamen esse dulces, qui tam
pertinaciter appetat. Ita si quæras.

Vtrum ignis calidus.

Vtrum aqua humida.

Vtrum homicidium & libidines peccata
sint. Responderent Academicæ.

Verisimile videri, sed incertum tamen esse.

Ideoq; dubitandum, sententiam modestè suspenden-
dam, non temerè asse, niendunme nec audacter pro-
nunciandum.

Eam



DEPENSIO FIDUCIAE

Eam incertitudinem transstulerunt etiam ad numeros. Ut incertum, esse an bis quatuor sint octo.

Et ad novas evocatas in Geomatria, et va-
rijs sophismatum prestigijs, omnium rerum certi-
tudinem labefactare sunt conati.

Illa uniuersalis de omnibus rebus dubitatio
ποχη dicebatur. Propterea quod de omnibus re-
bus Academicis se πεχει, id est suspendere senten-
tiam, dicerent.

Et propter illam ποχη seu suspensionem
sententiae et dubitationem de omnium rerum cer-
titudine, magnam et sapientiae et modestiae lau-
dem venabantur Academicis, et Augustinus dicit:
Primum honorem Academicis in Philosophia attri-
butum esse.

Horum vestigia postea secuti sunt Monachi,
qui Academicam ποχη propter absurditatem
amplexi sunt et eam etiam in Ecclesiam inuexe-
runt multo deteriorem et periculosiorem, quam
inter ipsos fuit academicos.

Ac sicut illi ex dubitatione summam mode-
stiae laudem venebantur: Ita et pontificij dubia-
tionem, ceu insignem virtutem, humilitatem et
modestiam commendant.

Impos

CONTRA DUBI. PONTI.

Improbarunt autem εποχὴν illam academię
eam alij Philosophi, pr̄esertim Aristotelici, qui de=
monstrationibus nitabantur. Ac quæsuerunt
Philosophi causas certitudinis in doctrinis, quæ
nigritia vocantur, ut sunt experientia uniuersa=
lis, principia & intellectus ordinis in syllogismo.
Nec modestia, sed furor est res certas, negare cer=
tas esse.

Quod si igitur Philosophi certitudinis cau=
sas inquirentεποχὴν seu dubitationem ex suis
scholis exploserunt, quid obstat, quò minus & nos
certitudinis causas ex uerbo Dei tanquam certis=
fima principia & demonstrationes firmissimas de=
promamus & perniciosa illam εποχὴν ex no=
stris Ecclesijs explodamus? Impictas enim & in=
sanias est ex Ecclesia tollere certitudinem, & qui= dem ex articulo Iustificationis. Cicero in officijs
de causis iusticie, rectius quam Pontificij, iudicat.
Nam ad iniusticie species dubitationem refert.
Quocirca, inquit, bene præcipiunt, qui uetant
quicquam agere, quod dubites aequum sit, an ini= quum. Aequitas enim lucet ipsa per se. Dubita= tio autem cogitationem, uel ut alij legunt cogniti= onem significat iniuriæ. Et in proverbio dicitur.
Quæ dubitas ne feceris. Et Iohannes Riuius in
tabulis officiorum: In ipsa dubitatione facimus
inest, etiamst ad id homo scelerosus non perue= niat.

P

Recitata



DEFENSIO FIDUCIAE

Recitata sunt hactenus scripturæ testimonia
et Patrum et recentiorum theologorum contra
dubitatem, quam ne Philosophi quidem in
scholis suis tolerare voluerunt, sed tanquam per-
niciosam et facinorosam expulerunt.

Et quamvis Pontificij animaduertant, quam
sint frigidæ rationes, quibus eam propugnarunt
hactenus, tamen ne alicubi errasse videantur con-
tra conscientiam illam diris execrationibus et
anathematis in nos emissis fieri conantur.

Ex his testimonij recte colligitur.

Dubitatio expressè damnatur in scriptura.
Repudiatur a sanctis Patribus.

Confutatur firmis rationibus a recentiori-
bus orthodoxis consentientibus cum scriptura
et Patribus.

Exploditur ex scholis etiam Philosopho-
rum.

Et ipsos deniq; Papistas pudere huius dog-
matis incipit.

Ergo.

Monastica illa εποχὴ seu dubitatio non est
ferenda in Ecclesia, præsertim in articulo iusti-
ficationis, ubi tota scriptura, omnes Patres,

¶

CONTRA DUBI. PONTI.

¶ omnes recte docentes firmam fiduciam exi-
gunt.

XXVI.

Exempla.

1. Exempla de certitudine promissionum diuinarum.
2. Exempla de certitudine credentium.
3. Exempla de incertitudine dubitantium;
4. Exempla haereticorum, qui eam defende-
runt.

Ac primum quod ad promissiones diuinas at-
tinet, nullum omnino proferri exemplum potest,
ubi Deus suas promissiones non seruaret ita, sicut
promisit. Quod autem seruaret eas semper,
infinitis exemplis demonstrari potest.

Gen. 21. Visitauit autem dominus Saram, si-
cūl promiserat & impleuit, quæ locutus est, con-
cepitq; & peperit filium in senectute sua, tem-
po, quo prædixerat ei Deus.

3. Reg. 8. Benedictus dominus Deus, qui de-
dit populo suo requiem hodie, iuxta omnia, quæ
locutus est. Non cecidit ne unus quidem sermo
ex omnibus bonis, quæ locutus est per Mosen ser-
uum suum.

DEFENSIO FIDUCIAE

2. Paral. 5. Dominus Deus Israel non est similis Deus in caelo & in terra, qui custodis pacium & misericordiam tuam cum seruistuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui præstisti seruo tuo David patri meo, quæcumque locutus fueras ei. Et quæ O R E promiseras, O P E R E compleuisti, sicut & præsens tempus probat.

Hoc loco colligi possent promissiones multæ in Prophetis propositæ. Deinde exempla quæ testantur, omnia, quæ diuinitus per Prophetas prædicta sunt, impletâ esse.

Promisit Deus semen benedictum Abram, in quo omnes Gentes benedicerentur, & præstítit.

3. Promisit nasciturum ex familia Abram, & quidem ex stirpe Iuda. præstítit.

3. Promisit nasciturum ex uirgine. præstítit.

4. Promisit nasciturum in Iudea & quidem in oppidulo Bethleem. præstítit.

5. Præscripsit tempus in prophetia Iacob & Danielis. præstítit.

6. Promisit præcursorum Baptistam. præstítit.

7. Pro-

CONTRA DVBI. PONTI.

7. Promisit passurum, moriturum & redempti-
pium genus humanum. præstítit.

8. Promisit deuila morte resurrecturum, &
ad coelos ascensurum. præstítit.

9. Promisit spiritum sanctum missurum. præ-
stítit.

10. Promisit se collecturum Ecclesiam per uera
bum, non tantum ex Iudeis, sed etiam ex Gentili-
bus & ex uniuerso Mundo. præstítit.

11. Promisit se Ecclesiam conseruaturum con-
tra portas inferorum. præstítit.

12. Promisit uitam æternam credentibus in
Iesum Christum. præstítit omnibus ab initio mun-
di & præstabat deinceps etiam usq; ad consumma-
tionem seculi.

13. Promisit spiritum sanctum credentibus, a
quo illuminentur, gubernentur & confirmentur
in omnibus aduersis. præstítit & exemplis omni-
um temporum copiosissime probari posset.

14. Promisit, se nos in extremo iudicio exci-
taturum



DEFENSIO FIDUCIAE

daturum a mortuis, et promissum regnum certò daturum. sicut reliqua omnia præstit & adhuc præstat credentibus: Ita nullam suarum promissionum, quo minus præstet, prætermittet.

Sic & corporalia promisit populo suo: Exdictionem ex Aegypto. Introductionem in terram sanctam & infinita alia. Nunquam fefellerit.

Omitto reliqua exempla promissionum diuinorum, quod Catalogus horum exemplorum faciliter ex uniuersis Biblijs colligi posset.

Ac cum nullum dissimile exemplum proferri posset, ubi Deus suas promissiones non seruarit, cur de promissione gratiae, quæ credentibus in Christo Iesu proponitur, dubitabimus?

Hinc colligitur.

Promissiones diuinae semper firmæ, ratæ & infallibilis sunt.

Ergo de ijs non est dubitandum.

XXVII.

Exempla de fiducia & certitudine credentium promissionibus diuinis.

Etsi discrimen sit promissionum diuinorum, eum aliæ categoricæ, aliæ hypotheticæ sint, tamen Deus semper vult nos certò statuere promissiones eius certas & immotas & infallibilis esse.

Quan-

CONTRA DVBI. PONTI.

Quando igitur categoricam promissionem proponit, siue de spiritualibus siue de corporalibus rebus, non est dubitandum de eius uoluntate.

Ac in spiritualibus quidem promissio semper est categorica, qua uitam aeternam credentibus promittit. In corporalibus autem interdum categorica, interdum hypothetica est.

Deinde quando promittit corporalia hypothetice, hoc est, cum conditione sua gloriae & nostra salutis, etiam hic certò statuere debemus promissiones rerum corporalium certas esse, secundum annexam illam conditionem, uidelicet, si ad gloriam Dei, & nostram salutem profuturae sunt.

Ita in utrisq; promissionibus fiducia & certitudo credentium requiritur.

Exempla certitudinis.

Insigne exemplum fiduciae proponitur in Abrahamo. Huic Deus duplē promissionem spiritualem & corporalem, utrāq; tamen categoricam proposuerat Deus. 1. Filium Isaäcum ex sterili Sara. 2. Ex posteritate Isaaci semen benedictum, seu Messiam, in quo omnes gentes benedicerentur.

Hic Abraham utramq; promissionem firma fide apprehendit & constanter utriq; promissioni credit, nec ab his promissionibus se auelli patitur, etiam si iudicium rationis contradicit.

DEFENSIO FIDUCIAE

Credit contra spem in spem. Certò statuit Saram parituram, etiam si uniuerso Mundo impossibile uideatur. Etiam si promissio cum iudicio rationis pugnet. Ac ideo certius statuit, se habituum ex Sara hæredem, quia ex Isaaci posteritate promittebatur Semen benedictum. Ac si non credidisset se habitum hæredem ex Sara contra communem naturæ cursum, utramq; promissionem falsam esse oportuisset, & de utraq; ei dubitandum fuisset.

Deinde certò statuit ex sua posteritate nasciturum semen benedictum, in quo & ipse & omnes Gentes benedicerentur. Ita utramq; promissionem categoricam certa fide apprehendit & constanter utriq; credit. Non dubitat, non hæsitat, dixerit enim, non suspendit sententiam. Nec propterea uel immodestus uel stultus est, etiam si contra academicam Pontificiorum Theologiam firmiter promissionibus diuinis assentiatur. Imo commendatur hæc fidei certitudo in uniuersa scriptura & additur, hac fiducia iustificatum, quia uidelicet semen benedictum ex sua posteritate nasciturum apprehendit & omnem spem & fiduciam suam in eo collocat. Credidit, inquit scriptura, Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.

Et



CONTRA DVBI. PONTI.

Et proponitur hoc exemplum Abrahæ unius Ecclesiae Christianæ, ut fiduciam eius imiteatur. Vnde & Abraham pater credentium, & credentes filij Abrahæ dicuntur.

Huc referri potest tota historia Abrahæ ex Genesi, quæ consideratis singulis istius historiæ circumstantijs insigne præbebit fiducia exemplum. Et commendat Deus in Abraham non dubitationem, sed fiduciam uerbo diuino nitentem. Deinde insignis est descriptio fidei Abrahæ ad Rom. 4. Credidit Abraham Deo & imputatum est ei ad iustitiam. Et qualis illa fides fuerit postea subiicit. At non infirmatus fide, haud considerauit corpus suum emortuum &c. uerum ad promissionem Dei non hæsitabat ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam Deo certa persuasione concepta, quod is, qui promiserat, potens esset & præstare.

II. Exemplum Mosis. Promisit Deus populo Israelitico liberationem ex seruitute Aegyptiacæ & Mosen constituit ducem, qui educeret populum ex Aegypto. Ea promissio eti corporalis erat, tamen & categorica & spirirualis liberations per Christum futuræ figura erat. Huic mandato Dei Moses obtemperat, & promissio eius

P 5 firmi-



DEFENSIO EIDUCIAS

firmiter credit, nec dubitat Deum secundum suam promissionem populum liberaturum, etiam mille Pharaoines & centum maria rubra obstent. Videt quidem ante se mare rubrum. Scit Pharaonem hostem crudelissimum magna cum potentia & ergo sequi. Scit secundum iudicium rationis humanae nullam prorsus ex tam potentis tyranni manibus elabendi rationem monstrari posse.

Etsi autem nullo rationis arguento confirmetur, tamen contra rationem constanter credit, Deum scire rationem, qua populum & ex tyranii manibus cum magna sui nominis gloria erexitur & ex Aegypto educturus erat.

In ea fide perseverat, ex populum etiam dubitantem & trepidantem ad fiduciam exhortatur. Nolite, inquit, timere. State & uidete magnalia Domini, que facturus est hodie. Et in hac certa fiducia transeunt mare rubrum. Ac si eut hanc corporalem liberationis promissionem ueram esse statuit, ita etiam de spirituali non dubitat, que in 3. & 22. capite proponitur: semen mulieris conculcabit caput serpentis.

Et: In semine tuo benedicuntur omnes gentes.

III. Exemplum Davidis. Psal. 22. Si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo malorum, quoniam tu mecum es.

Psal.



CONTRA DVBI. PONTI.

Psal. 30. In te Domine speravi, non con-
fundar in æternum. Qui confidit in Domino, si-
cuit mons Zion, in æternum non commouebitur.

III I I. Exemplum Pauli. Rom. 8. Si De-
us pro nobis, quis contra nos. Qui proprio filio
non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit il-
lum, qui fieri potest, ut non & cum eodem omnia
nobis donet, quis intentabit crimina aduersos ele-
ctos Dei? Deus est, qui iustificat, quis ille qui
condemnet? Christus est qui mortuus est, imo qui
& suscitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei,
qui & intercedit pro nobis.

Quis nos separabit à dilectione Dei? num
afflictio, num angustia, num persecutio, num fa-
mes, num nuditas, num periculum, num gladius?
Quemaduodum scriptum est, propter te morte
tradimur tota die, habiti sumus uelut oves desti-
nati macerationi. Verum in his omnibus superamus
per eum, qui dilexit nos.

Nam mibi persuasum habeo, quod neq; mors
neq; uita, neq; angelii, neq; principatus, neq; po-
testates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo,
neq; profunditas, neq; illa creatura alia poterit
not separare à dilectione Dei, quæ est in Christo
Iesu Domino nostro.

V.Ex=



DEFENSIO FIDUCIAE

V. Exemplum Simeonis.

Moriturus canit cum gaudio & fiducia,
Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum
uerbum tuum in pace. Non dicit in dubitatione &
desperatione, sed in pace, id est, in pacata & tran-
quilla conscientia, quæ promissioni gratiae in filio
unigenito proposita firma fide innititur. Et ad-
dit causam: Quia uiderunt oculi mei, salutare
tuum.

Si dubitasset Simeon de gratia Dei & de sa-
lutis certitudine, nullo modo tanta cum fiducia ex-
optasset dimitti & emigrare ex hac uita inter-
spem, metumq; suspensus.

VI. Commendatur ab ipso Christo fiducia
& certitudo fiduciae in centurione, qui nullo modo
dubitabat de potentia Christi: Domine inquit,
non sum dignus, ut subeas tectum meum, sed tan-
tum dic uerbum, et sanabitur famulus meus. Quasi
dicat: Ego homo sum, non Deus. Deinde alienæ
dominationi subiectus, non Monarcha, & tamen
meum uerbum tantæ est potestatis, ut si iussero
seruum uenire, ueniat. Quanto magis tuum uer-
bum efficax erit, qui non tantum homo es, sed eti-
am Deus, nec alieno imperio subiectus, sed totius
mundi cœli & terræ Monarcha.

Hanc fidei certitudinem ita commendat Chris-
tus,

C O N T R A D U C I . P O N T I I .

stus, ut tantam fidem se in Israël non inuenisse, dicat. Non dicit immodestum, arroganter & impudentem esse, quod auctor tanta cum fiducia auxiliū a Christo petere, & quidem in re corporali.

Ita Christus non dubitationem sed fiduciam, non incertitudinem, sed certitudinem commendat, Et extollit eam supra omnium Pontificum, scribarum & Pharisaorum dubitationem.

VII. Exemplum Cananæe. Hæc inuocans certò statuit se exoraturam Christum. Non dubitat, neq; patitur se absterrei, perseuerat in oratione, donec exauditionem impetrat, & est insigne fiduciæ exemplum.

Propterea & Christus hoc exemplum tanto= pere commendat. O mulier, inquit, M A G N A est F I D E S tua. Fiat tibi quod uis. Et additur: Et sanata est filia eius ex illa hora. Non dicit: O mulier magna est dubitatio tua. Sed: Magna est fides tua. Et magna huic fidei promittit certam filiæ liberationem.

Nec dicit: O mulier, magna est immodestia, arrogancia, & impudentia tua, quod tanta cum fiducia ad me accedis & liberationem expertis, ut Pontificij de fiducia loquuntur.

VIII. Exemplum in muliere, quæ sanguinis profusio-



DEFENSIO FIDUCIAE

profluuo laborauerat duodecim annis. Matth.
9. Confide filia, inquit, Christus. Fides tua (non
dicit dubitatio tua) saluam te fecit, & salua facta
fuit mulier a tempore illo.

IX. In ecclesiis eodem capite querit Christus.
Creditis hoc me posse facere? Dicunt illi. Crea-
dimus Domine, & tenebit oculos eorum dicens:
Iuxta fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt o-
culi eorum. Non dicit Christus: Dubitatis? Nec
illi dicunt: dubitanus Domine. Sed credimus,
inquit, Et Christus non dicit: Fiat uobis se-
cundum dubitationem uestram, sed secundum si-
dem.

Quod si dubitassent, non fuissent oculi eorum
aperti. Ita ad Paralyticum eodem capite Chris-
tus dicit: Bono animo esto fili: remittuntur ti-
bi peccata. Non dicit: dubio, mesto & tri-
pido animo esto.

X. In peccatrice Lucæ 7. Remittuntur ti-
bi peccata. Fides tua (non dubitatio tua) saluam
te fecit. Vade in pace.

Et Matth. 9. ad Paralyticum dicit: Da ergo
confide. Remittuntur tibi peccata tua.

Significat autem ergo fiduciam certam &
specialem remissionis peccatorum applicationem.

Quia

CONTRA DVBI. PONTI.

Quia dicit: Confide. Tua peccata remittuntur
tibi.

Recitantur & alia ad Ebre. II.

Hæc exempla ostendunt commendari fidem
certitudinem, cum in corporalibus tum in spiritua-
libus obiectis. Dubitatio autem reprehenditur,
sicut exempla sequentia ostendent.

Fiduciam ergo & non dubitationem à nobis
requirit Deus. Ad hunc locum referri possunt
etiam insignia martyrum exempla, cum Prophe-
tarum, tum Apostolorum & infirmorum aliorum
Martyrum, qui ob salutis suæ certitudinem ma-
gno animo ineffabiles cruciatus & supplicia fu-
stinuerunt.

Quantos cruciatus sustinent sepiem fratres
cum matre in libris Maccabœorum?

Si incerti sunt de salute sua, cur non potius
porcina carne uestentes tantos euitant cruciatus?

Possent facilimè colligi insignia exempla
cum ex sacris, tum ex historia Ecclesiastica, que
nunc breuitatis studio omitto.

XXVIII.

Exempla dubitati-
onis.

Dll-

DEFENSIO FIDUCIAE

Dubitatio pernitosa est & in iustificatione,
& in alijs Christianismi partibus.

Ergo uitanda est. Id exempla ostendunt.

I. Adam & Eua. Proposuerat Deus certum uerbum & comminationem mortis tristissimam: In quacunq; die commederis de eo , morte morieris. Huic uerbo obedientiam præstare & de comminationis certitudine nullo modo dubitare debebant. Diabolus autem comminationis certitudinem eludens, dubiam & incertam illam facit comminationem & Deum apud eos de inuidia suspectum reddit , ut qui non eo sine prohibuerit, quod morituri essent, sed quod diuinitatis honores eis inuidet. Hic Diabolus Deum mendacij, ut qui falsa comminatus sit & inuidiae, ut qui homini honores inuidet, accusat.

Huic calumniæ Diabolicæ & mendacio assentiens Eua, ab expresso uerbo recedit, comminationem incertam, dubiam, falsam & inuidiosam putat. Non credit certo morituros, etiamsi transgrediantur. Utitur particula dubitativa: NE FORTÉ moriamur , cum Deus dixerit: MORTE morieris . In hac dubitatione mandatum Dei uiolat. Comedit de arbore probibita.

Pro:

CONTRA DVBI. PONTI.

prolabitur in peccatum, quod exitiosum fuit toti posteritati. Fit rea æternæ damnationis. Hi sunt dubitationis fructus.

Si certò statuissent de voluntate Dei non esse dubitandum, sed simpliciter obedientiam præstandam verbo, quod audierant, non fuissent lapsi. Eadem ratio est de promissionibus. Vtriq; enim à Deo abiciuntur & qui de promissionibus, & qui de comminationibus dubitant.

2. Exod. 17. Israelitiæ dicuntur tentare Dominum qui dubitabant. Dicebant enim: est ne Dominus in nobis an non? Hæc dubitatio cum tentatio Domini dicatur, animaduerti potest dubitationem grauissimum peccatum esse.

3. Zacharias audit ex angelo Elisabetham paritaram. Dubitans autem de verbis angelii reprehenditur ab Angelo & obmutescit. Hanc dubitationis poenam cogitur tantisper sustinere, donec pareret Elisabeth. Postea credens & plenus spiritu sancto aperit os suum & pleno ore Deo agit gratias. Dubitans igitur obmutescit. Credens loquitur, ut dicitur: Credidi propter quod locutus sum.

Sic Maria credens non obmutescit. Ecce ancilla Domini, inquit, Fiat mihi secundum verbum tuum.



4. Caiphas



DEFENSIO FIDUCIAE

4. Caiphas Matth. 26. adiurat Christum: Si tu es filius Dei, Dubitat utrum Christus sit filius Dei, non crediturus nisi ex adiurato audiat. Imo ne tum quidem crediturus, etiam si Christus centum iuramentis se filium Dei esse affirmet.

5. In Apostolis post resurrectionem. Reprehendit Christus incredulitatem & duriciem cordis eorum & mansit quadraginta dies ut confirmaret eorum fidem.

6. Reprehenditur Petri διαγνώστα in mari, & discipulorum in nauicula. Matth. 14. Modicæ fidei: quid dubitasti.

7. Imago dubitationis in Maria virgine amittente filium per incertam opinionem. Maria virgo, mater Domini discendens Ierosolymis per incertam opinionem & filium amittit & in maximum mereorem coniicitur. Opinatur quidem filium esse in comitatu cognatorum. Sed incerta hac opinione decepta filium amittit. Ita spiritualiter per dubitationes & per incertas opiniones filius Dei Iesus Christus cum omnibus suis beneficiis ex corribus amittitur & evanescit. Certa autem fiducia applicant sibi in specie passionem, mortem,

CONTRÀ DVBI. PONTI
em, merita, resurrectionem & ascensionem Christi
stis, cordi inclusus retinetur adserens contritis con-
scientijs gratiam peccatorum remissionem & vi-
tam aeternam.

XXIX.

Exempla hæreticorum qui eam
defenderunt.

Dubitatio defenditur contra specialem fiduciam ab impijs & hæreticis.

Ergo ut pestis fugienda est.

Exempla possunt cum ex sacris, tum ex hi-
storia Ecclesiastica proferri.

1. Scribe. Matth. 9. Improbant fiduciam remissionis peccatorum. Cum enim Christus paralytico diceret: bono animo es fili: remittuntur tibi peccata tua. Hic scribæ dicunt intra se: Hunc Christi de speciali & certa fiducia sermonem blasphemum esse. Utitur autem Christus insigni voce. Oportet inquit. Confide.

Significat autem ea vox certam fiduciam & specialem applicationem remissionis peccatorum.

Q. 2

Hanc



DEFENSIO FIDUCIAE

Hanc ut blasphemiam reprehendunt. Volum ergo Pharisei Paralyticum non certa fiducia credere, peccata sibi remitti, sed dubitare, utrum remittantur. Ac quia fiduciam Remissionis peccatorum blasphemam esse statuunt, sequitur eos optimatos esse dubitationem gloriae Dei magis, quam fidem, subseruire.

2. Luce 7. Pharisei similiter blasphemiam esse afferunt, cum Christus peccatricem a peccatis absolutam in pace ire iubet. Nolunt ergo pacatam & tranquillam peccatricis esse conscientiam, sed dubiam & afflictam.

Et sicut eodem tempore Pharisei blasphemam iudicarunt certam in Christum fiduciam: ita adhuc hodie iudei in summa dubitatione exhalant animas. Morituris enim Christianorum sanguinem monstrantes dicunt: SI ISTE fuit MESSIAS in quem ille baptisatus fuit cuius tibi sanguinem commonstro, prosit tibi hic sanguis ad salutem.

3. Hanc pharisaicam opinionem defendenterunt postea & Nouatiani, qui non volebant absoluenter certam creditibus peccatorum remissionem promittere, sed dubiam, nec poenitentem certo statuere, quod peccata remittantur, sed dubitare, utrum remittantur. Sicut Tripart: lib. 9 & ex Ambrosij lib. 1. cap. 2. de poenitentia animaduertit potest.

Non

C O N T R A D V B I . P O N T I .

Non enim simpliciter remissionem peccato-
rum negabant, sed lapsos quidem ad poenitentiam
inuitandos esse affirmabant, at ita, ut in Dei po-
testate relinquetur an remissurus peccata esset.

Et hunc errorem probare voluerunt ex
actis cap. 8. vbi Petrus dicit: Poenitentiam age, si
forte tibi remittatur iniquitas peccati tui.

Hic Petrum asserunt non certo sed dubie pecca-
ta dimisse. Confutantur autem ab Ambrosto loco
iam citato ac primum dicit: Petrum sic locutum
propter Simonem qui non credebat, sed dolum co-
gitabat.

Secundo. Phrasin non sic intelligendam,
quasi Petrus dubitarit.

Tertio. Vnius verbi praeiudicio non totam
causam strangulandam esse.

Hanc Ambrosij sententiam suisse non dubi-
um est. Quod vero ex quodam Ambrosij. suppo-
stitione libello contradictoriam sententiā proferunt,
quo errorem hunc palliare pontificij conantur, sci-
endum est librum illū sub Ambrosij quidem nomi-
ne in Ecclesiam irrepisse, sicut multa sceleratē
patrum libris inserta sunt, quae ab ipsis nunquam
neg; scripta neq; visa sunt. Sed de ea infra in con-
futatione.

4. Donatistæ. De his Augustinus contra Epi-
stolam

DEFENSIO FIDUCIAS

stolam Petiliiani lib. 2. cap. 4. ausus est dicere :
Abraham Deo suo promittenti sibi prolem non crea-
didisse.

5. Eundem errorem docent Mahometici, sic
enim docet Azaora octuagesima secunda, dubitan-
tes & non credentes saluari.

6. Eiusdem farinae sunt Epicurei, qui dicunt :

Ich lebe vnd weis nicht wie lang
Ich mus sterben vnd weis nicht wann
Ich fahre vnd weis nicht wo hin
Mich wundert das ich so frölich bin.

Sic quidam Epicureus cum in agone audiret
consolationem de remissione peccatorum dixit: An
vos creditis illa?

Est igitur illa opinio Pharisaica, Nouatia-
na, Donatistica, Mahometica, Turcica & Epicu-
rea.

7. Hanc Pharisaicam, Iudaicam, Donatisti-
cam, Mahometricam, Turcicam, Academicam &
epicuream opinionem sectantur Pontificij.

Nec tantum Academico & Epicureo more
promissiones diuinæ incertas, dubias & falsas, sed
etiam Pharisaico more, fiduciam certam abomina-
bilem & blasphemam iudicant.

Atq;

CONTRA DVBI. PONTI.

Atq; ex hoc pontificiorum sodalicio animad-
uerti potest, qualis sit virtus dubitatio.

Ex hac exemplorum commemoratione &
collatione omnes pij facilimè colligere possunt, vtra
pars de iustificatione hominis ex fundamentis ver-
bi diuini rectius doceat, nos ne qui certam in Chri-
stum fiduciam vrgemus, an vero illi, qui dubitan-
dum censem.

Summa, Omnia hæreticorum indefessum
studium fuit, vt omnes fidei articulos suspectos, in-
certos & dubios facerent. Nec omnes omnium hæ-
reticorum opiniones in breui libello recitari aut
debent aut possunt.

Satis est nos ex aliquot exemplis animaduertere
sathanæ artificia, qui vt pater est mendacij et autor
dubitacionis : ita omnes doctrinæ Christianæ par-
tes labefactare ob initio conatus est.

XXX.

Similitudines.

Scriptura vtitur similitudinibus, que certis
tudinem significant & incertitudinem repudiant.
Ergo fiducia & non dubitatio requiritur in iusti-
ficatione.

Q. 4

1. Ver



DEFENSIO FIDUCIAE

1. Verbum Dei confertur cum petra. Significat autem petra rem firmissimam. Deinde credentes conferuntur cum viris prudentibus, qui non in fundatum dubium & infirmum, sed in certum & firmum fundamentum, hoc est in petram edificant.

Tertio. Domus extracta à viro prudenti in petram durabilis est. Potest consistere contra flatus ventorum & contra vim tempestatum. Matth. 7.

Petra illa Christus est de quo Paulus: Fundamentum aliud ponere nemo potest &c. Prudentia edificantis est fiducia certa, que in certo fundamento videlicet Christo spem suam edificat.

Postremo. Qui sic in Christo firma fiducia haberent, illi contra omnes tentationes de ira Dei, de peccato, de maledictione legis, de nostra indiguitate, contra potentiam Diaboli & mortis consisterem possunt.

Vult ergo et promissionem certam et fiduciam nostram esse firmam. Alioqui domus nostra vi tempestatum spiritualium victa corruet.

Econtra. Opera humana, omnes superstitiones & cultus electitij conferuntur cum arena, que dubium & infirmum, incertumque sunt fundamentum.

Deinde



CONTRA DUBI. PONTI.

Deinde dubitatio de gratia Dei et fiducia
propriae sanctitatis conferuntur cum stulticia. Ac
revera summa stulticia est neglecta firma petra
et firma fundamento in arenam edificare: Ita
summo stulticia est neglegio Christo et promissio
ne diuina, in misera et infirma opera humana et
cultus electios spem salutis collocare.

Qui igitur vel de Dei gratia dubitat et in
illam non ut in firmissimam Petram spem omnem
ponit, vel in propriam sanctimoniam, que nihil ni-
si infirmissima arena est, confidit, non potest con-
sistere in iudicio Dei, non potest superare tenta-
tiones diaboli et vim eternae mortis, sed tanquam
vi tempestatum prostratus corrut et in eternam
desperationem irruit.

2. Confertur promissio cum pacto.

Est autem pactum (ut Ulpianus de pollicit.
pactum definuit) duorum consensus atq; coniunctio.
Et Cicero secundo de inuentione. Pactum est
quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum
putatur ut iure praestari dicatur.

Sicut igitur Pactum conuentio est inter du-
os et quasi confederatio quædam: Ita fœdus no-
biscum inijt Deus et pactum inter Deum et ho-
mines factum est videlicet ut Deus filium suum uni-
genitum promittat nobis et ut nos eum vera fide
accipiamus et per ipsum haereses vitæ efficiamur.

Q 5

Ierem.



DEFENSIO FIDUCIAE

Ierem. 31. Ecce dies venient, dicit Dominus:
et feriam domui Israël et domui Iuda foedus no-
rum non secundum pactum, quod pepigi cum pa-
tribus vestris, in die qua apprehendi manum co-
rum, ut educerem eos de terra Egypti, pactum
quod irritum fecerunt, et ego Dominatus sum eo-
rum, dicit Dominus, sed hoc erit pactum, quod fe-
riam domui Israël: Post dies illos, dicit Dominus:
Dabo legem meam in visceribus eorum et in corde
eorum scribam eam et Ero eis in Deum et ipsi
erunt mibi in populum. Et non docebit ultra vir-
proximum suum et vir fratre suum dicens: Cog-
nosce Dominum. Omnes enim cognoscent me a
minimo eorum usq; ad maximum, ait Dominus.
Quia propitiabor iniquitati eorum et
peccati eorum non memorabor amplius.

Et in eodem capite dicitur: Fœmina cir-
cundabit virum. De hoc pacto inter Deum et ho-
mines multa sunt pasim obvia testimonia, ut Eze.
16. et in alijs locis.

2. Pacta instituuntur in hunc finem, ut sint ceri-
tudinis testimonia, ut pacientes inter se certi
sint, quid alteri ab altero expectandum sit.

Ideo Cicero 3. offi. dicit: Pacta et pro-
missa sempiterna seruanda sunt, que nec vi, nec
dolo (ut pretores dicere solent) facta sint. Et Deus
Esa. 55. Feriam nobiscum, inquit, pactum sempiter-
num.

Item

CONTRA DVBI. PONTI.

Item 61. cap. Confirmat pactum suum iuramento : Viuo ego &c.

Vult igitur Deus nos minimè dubios, sed certos nos esse de gratia. Certi igitur de gratia Dei dicere debemus : Ecce pactus est mecum Deus, quod velit mihi esse in Deum et quod ego debeam ipsi esse in heredem. Et propitiabitur iniquitati meæ & peccatorum meorum non recordabitur amplius.

3. Tale erat pactum inter Deum & Abram cum insisteret circumcisio. Et hoc tempore initium pacti divini est in Baptismo. Ibi enim pacificatur nobiscum Deus, quod recipiat nos in gratiam Baptisatos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Et nos econtra paciscimur, quod velimus nos erga ipsum gerere sicut filios Dei decet.

4. Si scelerati sunt fedifragi, qui pacta vel calamitosè interpretantur ut illi, qui de dierum inducij ex de nauim dimidiate patti erant, vel alioqui pacta non seruant, quomodo non perfidie notam blasphemii pontificij inurunt Deo, dum pectorum diuinorum certitudinem ex Ecclesia explaudunt.

5. In antihesi impij dicuntur irritum facere, violare vel dissoluere pactum Domini. Ier. 31. Eze 2. 44. Et dicuntur pactum cum inferno facere Esaie 28. Quia impij per sceleratam vitam deuuent se diabolis ad certissimam animæ & corporis eternam damnationem.

3. Con-



DEFENSIO FIDUCIAE

3. Confertur cum coniugio. Sicut sponsus sponsam sibi despontet & ei arrham donat, sponsalia & nuptias celebrat, sponsamq; sibi copulari iubet, ut certa sit ipsa, cum de fide sponsi, tum de omnium bonorum communitate: Ita Deus despontet sibi Ecclesiam suam et coelestium bonorum hereditatem ei desert.

Ezech. 16. Matth. 22. Huc alludit Iohannes in Apocal. cap. 19. Beati qui ad euentum nuptiarum agni vocati sunt. Sicut autem copulatio sponsi & sponsae & arrha a sposo sponsae data, non incertitudinis sed certitudinis testimonium est: Ita de promissione gratiae diuine nullo modo dubitandum est.

Luth. Hauspostil.

Dom. 19. Trinit.

Das Wordt vnd Glauben sind gleich als zur Ehe zusammen gegeben / vnd keins kan sich vom andern scheiden lassen.

Ibidem de superstitione vel
falsa persuasione.

Da sind mit züchten zu reden Zuren vnd Buben beysamen. Das herz ist eine Zure. Der falsche glaube ein Bube/etc.

4. Confertur cum amore materno erga infans tem estq; illa σογὴ φυσικὴ mirificus quidam amor & quasi naturale quoddam incendium in intimo sinu cordis parentum erga liberos & liberorum erga parentes, quod Deus in natura ideo flagrare voluit,



CONTRA DVBI. PONTI.

voluit, ut esset commone factio de amore Dei erga filium suum unigenitum, & erga eos quos propter filium in gratiam recipit.

Atq; Salomon tanquam certissimum τεκμηριον iudicat σογγη illam, adeo ut ex hac in gravissima causa pronunciare non dubitarit, illam veram esse matrem, quae infantem occidi noluit.

Quamvis autem in naturis non monstrosis regulariter sit φιλοσοφice illa, tamen paterna σογγη illa quae in Deo est, logissime preferenda est omnium hominum Philostorgiae. Si igitur σογγη humana τεκμηριον loco sufficit, cur non diuina σογγη certissimae certitudinis τεκμηριop reputabitur. Esa. 4. Nunquid obliuisci potest mulier &c. Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar.

Sicut ergo pius filius ex materno amore certissima fiducia colligit se non desertum iri a matre, sub cuius pectore initium vitae acceperit, cuius viveribus nutritus ex a qua maximis molestijs & curis ad illam usque etatem educatus fuerit: Ita nos de Dei erga nos voluntate statuere debemus non posse fieri, ut deseramur a Deo, a quo corpus et animam & omnia quae ad corporis & animae salutem pertinent, necessaria accepimus, si tantum in fide perseverauerimus.

Et si mater meretrix filium suum occidi noluit, quomodo Deus, qui omnium est φιλοστοργια

γον



DEFENSIO FIDUCIAE

Yotatoq, patietur nos occidi, perire, abiisci in
æternas penas?

5. Confertur cum amore paterno.

Psal. 103. Sicut miseretur pater filiorum,
Ita misertus est Dominus timentium se.

6. Confertur cum anchora. Hebr. 6. Ut vali-
dam consolationem haberemus, qui hoc confugi-
mus, ut potiamur proposita spe, quam velut anchora
ram tenemus animæ, cum tutam, tum firmam &c.

Methaphora sumpta est à nauibus quæ cum
anchoris munitæ sunt, tanquam à fluctibus tute
quiescunt.

Potest autem hæc methaphora varie applicari.

1. Dum hic peregrinamur in hac terra, non
quam stamus tanquam in firma terra, sed tanquam
in medio mari, & valde turbulentio iactamur.

2. Diabolus nunquam quiescit, sed innumeræ
procellas excitare conatur, ut naūiculam nostram
quasi fluctibus obrutam euerat & submergat.

3. Quantum sensus nostri sese extendunt nulla
nostris oculis apparet statio. Sola autem aqua se
ostendit. Insurgunt fluctus & interitum minan-
tur.

4. Hic nullum aliud restat præsidium quam ut
anchoræ ejiciatur e naui in terram firmam & te-
nacem, in qua hærere poshit. Ea enim ratione nauis
contra

CONTRA DVBI. PONTI.

contra tempestatum impetus tuior est, quod
si huic & illuc impelleretur. Ita cum omnia
bus praesidijs humanis destituumur, non restat ul= =
lum aliud asylum, quo tuto queamus consugere,
quam ad Dominum, in quo spes & fiducia nostra
figenda est.

s. Sicut anchora per medias aquas projectur
in locum abditum, obscurum & nobis inuisibilem
& quamvis in loco nobis inuisibili lateat, tamen
nauem fluctibus expositam retinet in statu, ne ob= =
ruatur & submergatur: Ita spes nostra in Deo
inuisibili figenda est. Is omnes in se sperantes non
relinquit, sed conseruat & tuctur eos, ne vi pecca= =
ti, mortis, & diaboli obruantur & in profundum
eternae damnationis barathrum submergantur.

Illiud vero discrimen est. Anchora deorsum
iacitur. Quia fundum in terra habet. Spes nostra
sursum attollitur & euolat: Quia in mundo nihil,
cui insit, reperit, nec habere debet in creaturis
sed in solo Deo acquiescit. Ideo Apostolus dicit: In
coelum anchoram nostram projici, ubi Christus
pro nobis pontifex est qui apprehendit, fulcit &
retinet, anchoram illam. Et Philip. 3. dicitur: Pio= =
rum conuersatio in coelis est. Item. Apprehendi,
imo magis apprehensus sum. Et Iohann. 10. dicitur:
Nemo rapiet eas ex manibus meis.

6. Quem=



DEFENSIO FIDUCIAE

6. Quemadmodum funis, ex quo pendet anchora, per longum & cæcum interuallum nauem ipsam coniungit cum terra: Sic Dei veritas vinculum est coniungens homines credentes in Christum cum Deo. Ac nulla caligo, nulla distantia impedit, quo minus cum Deo coniungamur & plena fiducia illi adhærescamus.

7. Sicut nauis sine per anchoram terre affixa tuta est, etiamsi cum absiduis procellis conflictandum sit: Ita nos extra periculum naufragij sumus, postquam fide Deo coniuncti, fiduciam in eius promissionem & veritatem collocauimus.

Hic denuo discrimin obseruatur.

In mari fieri nonnunquam potest, ut anchora vi tempestatum auellatur, vel ut rumpatur funis & vt disiliat nauis. Alia verò ratio est veritatis diuinæ, quæ nunquam rumpitur. Firma & immota est. Ideo autor Epist. ad Hebreos dicit: anchoram nos tenere tutam & firmam.

Hæc similitudo graphicè depingit certitudinem. Nec tantū ipsa anchora similitudo dubitationem et incertitudinem repudiat, sed expresse etiam addit, tutam & firmam teneri anchoram. Quamobrem certudo & fiducia in iustificatione requiruntur, non dubitatio. Ideo & Christus Ioh.10.dicit: Nemo rapiet eas de manibus meis. Si quis anchoram spei vel fiduciae sue in dextram Domini collocari, tutus,



C O N T R A D U B I . P O N T I .

tutus & securus ibi contra lupos infernales &
contra rabiem eorum erit.

Et Phil. 3. dicitur : Apprehendi, imo magis ap= præhensus sum. Et nos anchora fiduciae nostræ Deum firmum & tutum asylum appræhendimus & fortissima manu Domini appræhendimus, ita ut ex manu eius rapere nos nemo possit. Dubi= tatio non coniungit nos cum Deo, sed separat nos à Deo, & coniungit cum Diabolo, nauimq; no= stram fluctibus temptationum uictam in profundum eternæ damnationis barathrum immergit.

VII. Conferuntur cum ob-signatione. Eph. 1.
& 2. Cor. 1. Sicut autem ob-signatio certitudi= nis inditium est : Ita ob-signati Spiritu sancto cre= dentes certi sunt se esse in gratia.

Deinde cum arrha & Arrhabone, quæ non dubitationis, sed certitudinis signa sunt. Sed de his supra in causa efficiente certitudinis dictum est.

VIII. Conferuntur credentes cum Antago= nistis. Sicut enim Antagonista cum hoste suo congreditur & ei resistit quantum potest: Ita cre= dentes cum dubitatione congrediuntur & obsi= stunt ei auxilio Spiritus sancti, quantum in hac naturæ infirmitate fieri potest. Ideo iubemur resistere dubitationi: Ideo tot remedia ex uerbo Dei depromuntur, quæ dubitationi opponenda sunt.

R

Hæc



DEFENSIO FIDUCIAE

Hæc similitudo ostendit non uitutem sed uitum, non amicam nobis, sed hostem esse dubitationem & repugnandum dubitationi esse, ne abducat nos in desperationem.

IX. Iacobi 1. Conferuntur dubitanter cum fluctibus maris, & praeciditur eis omnis spes salutis.

X. Dubitanter conferri possunt cum mendico nolente accipere oblatam eleemosynam. Ut si quis mendico maxime egeno offerat 100. coronatos, ille autem accipere nolit, quod se ad accipendum indispositum dicat uel quod non promeritus, uel quod manus scabiosa sit. Accepturum autem si quando se satis ad accipendum dispositum animaduerterit.

Ita dubitanter à Deo donum uitæ æternæ accipere nolunt, quod se indispositos, nondum promeritos, & fide adhuc imperfectos esse causentur.

Ea ratione nunquam donum uitæ accipient: Stultè autem mendicus ad suam dispositionem, meritum & perfectam dextræ sanitatem respicit: cum diues ille donum offerens suam liberalitatem & benignitatem respici uelit: Ita dubitanter stultè sibi metipsis impedimenta æternorum bonorum fingunt, quæ Deum ipsum datorem non impediabant. Nam quia nos indisponimus & non promeriti sumus, ideo gratis offert. Et quia fides nostra



CONTRA DVBI. PONTI.

Ana imperfecta est, ideo non ad fidei imbecillitas
item, sed ad suam gratiam respicere iubet.

Lutherus in Postilla domestica Dominica 14.
post Trinitatis de decem leprosis explicans locum
Iacobi cap. 1. utitur hac similitudine. Verba eius
sunt.

So ist nu dis die erste aus dem heutigen Euangelio/ das wir wissen sollen/
es sol ja sein/ alles was wir vns zu Gott
versehen vnd trosten können. Wer
aber Gott nicht glauben/vnd sich nichts
gutes zu ihm versehen wil/ der dencke nur
nicht / das er etwas werde entpfahen.
Wie Jacobus in seiner Epistel sage/
j. capit. Denn wer mit Gott handelt
vnd etwas von ihm bitten wil / der mus
nicht zweiueln noch wancken / vnd sag
gen / Wer weis ob mirs Gott geben
wil/ oder ob ichs werd bin? Nein/ bey
leib nicht / Sondern also soltu sagen/
Ich weis was ich Gott bitte / das ers
vmb Christi willen gern thun vnd ge
ben wil. Und ob ers schon ißt/ vnd
auff diese weise nicht thut/wie ichs ger
ne hess

ne heitte / so wird ers auff eine andere
zeit vnd weise thun. Denn ein wan-
ckel Herz / das nicht gleubet noch ge-
wiss dasfur helt / das es etwas erlangen
werde / das wird nimmermehr geweh-
ret. Denn Gott kan jm nichts geben/
wenn er gleich gerne wolte. Es ist eben
wie eingefess / das man in henden helt/
vnd wils doch nicht still halten / Son-
dern wegets immer hin vnd wieder / da
wird man nichts eingieissen können.
Vnd ob man schon gern drein wol-
giessen / so leufts doch daneben hin / vnd
kompt vergebens vmb.

Also ists vmb ein vngleubig wan-
ckelnd herz auch gethan / Gott wol-
t gern geben / was wir bedörfen. Aber
da stehen wir wie ein toller Bettler / Wir
halten den hut auff / das er uns etwas
drein werffe / vnd wollen doch nicht
still halten. So wil unser Herr Gott
seine Gaben auch nicht so vergebens
hinschütten / das sie neben hin fallen/
vnd verloren sollen sein. Eben als-
wenn



CONTRA DVBI. PONTI.

wenn du eine Randel oder flaschen in
henden hettest / vnd begeretest man sol
dir Wein drein giessen / vnd woltest
doch smer mit der hand hin vnd her
schleudern. Das würde einen seer vns
willigen Wirt machen / Sonderlich
wen er dir den Wein schencken / vnd
kein gelt dafür nemen solt. Er würde sa-
gen / jmer trolle dich / meinesstu denn / ich
wölle den Wein auss die erden giessene
Eben so ein ding ist es / vmb ein wan-
kend ungleubig hers / da kan Gott nicht
eingiessen / wenn er gleich gern wölt.

Wiederumb wo man nicht wan-
cket / sondern sein still hält / da wil er
gern geben. Wie wir hie an den zehen
Ausszügen sehen / Die stehen vnd sch-
reien / Jhesu lieber Meister / erbarme
dich unsrer. Sie halten sein stil / vnd
zweiueln gar nichts daran / er werde-
helfsen / Darumb wie sie gleuben / so ge-
schicht iuen auch. Das sollen wir wol
mercken / auff das wir auff Gottes gü-
te / auch lernen fest trawen / vnd mit
dem herzen nicht wancken / sondern

R 3 sein



sein soll halten / in allem das wir bitten/
 Es sey wmb gesundheit / narung / glück /
 weisheit / gerechtigkeit. Denn Gott
 wil solches alles gerne geben / so fern es
 zu seiner ehr gereichen sol / vnd vnser sei-
 ligkeit nuß vnd gut ist. On das ers zu
 weilen verzeucht / vns also zuuersuchen /
 ob mir mit dem gebet vnd glauben auch
 anhalten wollen.

XI. Nolentes consentire uerbo similes sunt
*tis, qui contumaciter claudentes oculos solis splen-
 dorem uidere nolunt. Illi sua culpa in præcipitium
 prolabuntur.*

XII. Idem conferuntur cum eo, qui testa-
 mentum maliciose repudiat.

*Si quis singulari benevolentia motus in fili-
 um adoptet pauperem quempiam & omnium bo-
 norum suorum hæredem faciat, & ut certus sit de
 voluntate eius, testamentum una cum sigillo offe-
 rat, ille autem dicat, se non posse credere hanc eius
 esse uoluntatem, aut si maximè credat hanc eius
 esse uoluntatem, & de illa non dubitet, statuere tan-
 men se non posse, quod accepturus sit: Ita Deus
 nos in filios adoptat, æternorum bonorum hære-
 datatem offert. Testamentum & sigilla per filia-
 um & sacramenta exhibet. Illi tamen de Dei uo-
 luntate*



CONTRA DVBI. PONTI.

luntate dubitant. Et quamvis dicant de Dei uonitate se non dubitare, tamen utrum illa acceptio si sint, in dubio esse asserunt.

Ita ex his similitudinibus apparet certam fiduciam & non dubitationem requiri in uerbo Dei.

Cum his similitudinibus pugnat ea, quam sine scripturæ autoritate adserunt Pontificij. Dicunt enim Deum imitari consuetudinem parentum uel dominorum, qui gratiam suam erga filios & seruos disimulant, ne securi fiant: Ita Deum disimulare suam gratiam, ne si de gratia certissimus, securi reddamur.

Hæc similitudo quomodo consentiat cum expressis scripturæ testimonij, exemplis & similitudinibus, manifestum est. Proposuit enim Deus certam promissionem & huic promissioni tubet nos firmiter credere, Ita quidem, ut firmiter credentibus certam gratiam & certam peccatorum remissionem promittat. Econtra dubitantibus & diffidentibus promissioni diuinæ, minatur aternas poenas, sicut scriptum est: Qui non credit, iam iudicatus est. Vult igitur nos de gratia certos esse, & nullo modo dubitare, cum ut beneficia eius immensa agnoscamus, tum ut honorem debitum ei tribuamus, & pleno ore gratias agamus.

DEFENSIO FIDUCIAE

Postea uero accedunt exercitia quædam fidei
et invocationis, crux Ecclesie propria, uariæ ca-
lamitatis et tentationes, non ut fides executiatur,
non ut de gratia Dei dubitemus, sed ut in exerci-
tijs illis fidei et invocationis fides probetur, sicut
aurum probatur igne, et ut confirmetur et cora-
roboretur.

Exemplum.

Abraham credidit Deo promittenti filium ex
sterili Sara et semen benedictum ex posteritate
Isaaci.

Illam fidem Deus probat uarijs exercitijs et
tentationibus, ut quando Isaacum iubet macla-
tum offerri.

In his exercitijs et probationibus fidei, Abra-
ham non infirmatur, sed fide confirmatur, dans
gloriam Deo, certò statuens promissionem diui-
nam ueram et immotam esse, non dubitans, et
iam si rationis iudicio Dei consilium non assequa-
tur, ideo dicitur: Credidit Abraham Deo et
imputatum est ei ad iustitiam.

II. Hiob in calamitatibus non dubitat de
gratia, nec ex calamitatibus iudicat se abiectum,
inquiens: Etiam si me occiderit Dominus, tamen
in ipsum sperabo.

III. Cananea et si repulsam passura uidea-
tur, tamen ita in fide corroboratur, ut magna cum
laude



CONTRA DVBI. PONTI.

fidei
e ca-
tur,
ercia-
sicut
cora

n ex
itate
s er-
cia-

bra-
dans
iui-
cta
ua-
et
de
um,
men
lea-
cum
ude

laude & singulari fidei commendatione, plura quam petebat, impetraret.

Nou igitur Deus ita nos exercet, ut in dubitationem & desperationem nos adigat, sed uult nos credentes in filium Dei de æterna gratia certos esse & non latum unguem cedere mundo, omnibus Tyrannis, & omnibus Diabolis in unum congregatis, sicut Paulus Rom. 8. dicit: Quis nos separabit à dilectione Christi? Tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? &c. Nulla, inquit, creatura, neq; uita neq; mors nos separabit à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Dominino nostro.

Non habet igitur illa similitudo locum in iustificatione.

Hæc autem similitudo tolerari posset, si dicerent.

Sicut pater φιλόσογγος toto pectori diligit liberos suos, & tamen interdum talem se gerit erga eos, quasi minimè diligat. etiamst uero uerbis reprehendat, ferulis cedat & nonnunquam tristia comminatur, certo tamen hoc uult statuere liberos, quod uerè diligentur à Patre, quod omnia quæ fiunt à Patre, non fiunt malo consilio, non in perniciem, sed ad salutem liberorum. Non uult eos dubitare de Patris bencvolentia & philostorgia, sed conatur eos continere sub disciplina, ne



DEFENSIO FIDUCIAR

sceleribus assueti, miserabiliter pereant & corporaliter & spiritualiter. Ita coelestis pater, et si uult nos de sua gratia certos esse, nonnunquam tamen castigat nos, id quod peccata nostra quotidiana maximèmerentur. Non autem castigat ideo ut de gratia eius dubitemus, sed ut iniiciat nobis frenos, ne liberè in omnibus scelerum generibus tanquam effrenes equi, hinc inde uagemur & ne scelerum assuefactione spiritum gratiae & precium excutientes in eternas poenas nostra culpa ruamus.

Deinde non dissimulat suam gratiam, sed expressè eam credentibus promittit, & promissam iuramentis & duplicitibus Sacramentis confirmat.

Ac sicut gratiam suam non dissimulat: Ita etiam consilium suum, cur Ecclesiam cruci subiectam esse uelit, expressè declarauit.

Vtrungu uult & ut certissimus de gratia Dei erga nos, & ut in fide perseveremus, nec propter crucem fidei confessionem abijciamus.

Huc et illa Hosij similitudo.

Si quis persuasum habet apud Regem aliquem aut Principem se esse in gratia, quamlibet animi sui affectionibus imperare sciat, effugere tamen uix potest, quin efferatur animus. Estne uerisimile, quod quiuis de uulgo, si certè scire queat



CONTRA DVBI. PONTIFI.

at, se esse in gratia apud Deum, ab hoc elationis
crimine sibi cauere possit. Hæc Hostius.

Hæc similitudo sicut & altera, cum non nitatur scripture fundamentis, sed potius cum expressa scriptura pugnet, non sufficit ad probandam dubitationem, cum etiam de optimis similitudinibus dicatur. Omnis similitudo claudicat.

Ac recipiuntur similitudines, in quantum cum expressis scripturæ testimonijs consentiunt. Deinde hæc ipsa similitudo usurpari potest contra Pontificios. Cum enim Rex uel Princeps quipiam certam promittit gratiam alicui ex ministris, & id quidem non nudis uerbis tantum, sed diplomatis & sigillis confirmatam, non uult ministerium de promissa gratia dubitare, non uult promissionem suam suspectam, uanam, dubiam, mendacem & falsam uideri. Sed inquis? Promittunt sepe potentes gratiam, de qua etsi dubitare suos ministros non uelint, experientia tamen docet nihil potentium uoluntatibus mutabilius esse, & Deus ipse prohibet, ne quis confidat in Principibus & & in filijs hominum, in quibus non est salus. Respondeo. Primum distinguendum est inter Principes bonos & malos. Inter eos, qui constanter ea, quæ promittunt scruant & inter eos, qui amplas & aulicas promissiones proponentes fallunt.



DEFENSIO FIDUCIAE

lunt. Deinde inter Deum & homines. Et si enim homines sèpè fallant, Deus tamen nunquam fali-

lit.

Tertio. Distinguendum inter usum & abu-

sum gratiae.

Bono Principi nihil est dulcius honesta de se= se opinione apud subditos, ut uidelicet habeatur pro clementissimo Principe, qui ex animo bene cupiat subditis, qui planè paterno amore eos pro= sequatur, qui pro subditorum salute etiam uitam profundere sit paratus. Talis Princeps non uult subditos de sua clementia dubitare. Non uult ut Tyrannus timeri, sed tanquam Pater patriæ di= ligi.

Si quem uero depræhenderit gratia sua ab= utentem, beneficijs deteriorem factum, insolentem, seditionem, turbantem publicam tranquillitatem, &c. cum uel ab officio remotum aula expellit, uel etiam pro delicti ratione capit is supplicio afficit.

Ita Deus superbos deponit de sede. Humili= bus autem dat gratiam. Abutentes gratia detrudit ad inferos. Rectè utentes gratia extollit ad Coe= los.

Quarto. Distinguendum est inter insolenti= am Pharisaicam & inter fiduciam Christianam. Superbit Phariseus in dignitate suorum ope= rum, insolecit & intumescit opinione propriæ iustiæ



CONTRA DUBI. PONTI.

iusticie. Superbit Christianus non in suis operibus, nec in propria iustitia, sed in operibus alienis & in iusticia Christi. Quod ad sua opera attinet, humilimus est, agnoscens suas sordes & meritum æternæ damnationis. Quod ad Christi beneficia attinet, triumphat contra Diabolum, mortem & infernum.

XXXI.
A Minori.

Viro graui promittenti aliquid non immertia creditur & habetur promissio certa. Ergo multo magis Deo promittenti credendum, nec de eius uoluntate dubitandum est. Sicut autem nihil intolerabilius est honesto uiro, quam si non habeatur fides. Ita Deo intolerabilissimum est, non credi eius uerbo. Ideo Cyprianus sermone 4. de mortalitate dicit:

Si tibi uir grauis & laudabilis aliquid pollicetur, haberes utiq; pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem stare in sermonibus atq; actibus suis scires.

Nunc Deus tecum loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem pollicetur, atq; æternitatem & tu dubitas?

Hoc



DEFENSIO FIDUCIAE

Hoc est Deum omnino non nosse.

Hoc est Christum credentium magistrum peccato incredulitatis offendere.

Hoc est in Ecclesia constitutum, fidem in domo fidei non habere.

XXXII.

Comparatio.

Fiducia habet meliora fundamenta, quam dubitatio. Ergo fiducia requiritur, & dubitatio repudiatur.

Conferri possunt omnia argumenta superiora, quæ fiduciam confirmant, cum argumentis Papistarum, quæ dubitationem asserunt & facilimum erit iudicium ultra præstantior sit. In tota religione nihil erit certum, si dubitatio admittatur.

Lutherus in præfatione
4. Tomi.

Septem gradus testimoniorum constituit; quibus certitudo doctrinæ Christianæ confirmatur. Idq; ideo ut certi simus, quid credendum, quid non credendum sit.

Primus



CONTRA DUBI. PONTI.

Primus gradus continet miracula Ecclesiæ,
que non edita sunt, ut dubitationem, sed ut fidei
certitudinem excitarent.

2. Antiquitas doctrinæ, quam ostendit colla-
tio historiarum.

3. Collatio generum doctrinæ Philosophicæ &
Theologicæ.

4. Experientia spiritualis.

5. Fortitudo martyrum in supplicijs uictrix
mortis.

6. Stabilitas Ecclesiæ perpetua.

7. Poenæ hostium Euangelij, Tyrannorum &
Hereticorum.

Hæc & similia fundamenta certitudinem in
nobis confirmant & fiduciam excitant. Cum his
sconferantur, quæ ab aduersarijs producuntur,
unitas eorum apparebit facile.

XXXIII.

Pugnantia:

Dubitatio & fides sunt pugnantia. ideo du-
bitatio non potest ferri in articulo iustifications.
Dubitatio enim non est in ipsa fide, sed in defen-
su & priuatione fidei.

Geno



DEFENSIO FIDUCIAE

Gen. 3. Primi parentes à Sathanā in dubitationem adducti labuntur in peccatum. Präcepit nobis Deus, inquit, ne comederemus, ne forte moriamur. Non dixerat Deus: forte moriemini, sed simpliciter morte moriemini.

Exodi 17. Tentauerunt (seniores Israel) Dominum dicentes: Est ne Dominus in nobis, an non? Hic dubitantes de presentia Domini dicuntur tentasse Deum. Et expressis uerbis dubitatio in sacrī literis reprehenditur. Non potest igitur esse uirtus necessaria ad salutem.

Math. 14. Modicæ fidei, quid dubitasti? Vox græca significat uacillare & in duas partes nunc huc, nunc illuc inclinare. Hanc uacillationem & in diuersas partes inclinationem reprehendit Christus.

Eodem modo usurpatur διανογίεσθαι. Rom. 4. Significat autem disceptare. Quia hæsitantes quasi secum disceptant uel disputant, utrī magis parti assentiri uel à quo dissentire debeant.

Luce 12. μή μετεωρίζεσθαι. Non estote suspensō animo. Non sitis solliciti. Significat autem uox illa attolli in altum & in sublimi hinc inde iactari, sicut in aere suspensa & uentis exposita huic atq; illuc impelli consueuerunt. Hin vnd her fladern. Sicut & Iacob. 1. dicitur.

Syrach. 7. Cum oraueris noli dubitare.
Matth.



CONTRA DUBIIS PONTIFI.

Marth. 21. Opponitur fides & hæsitatio.
Si habueritis fidem & non hæsitaueritis.

Marci 11. Et non hæsitauerit in corde suo,
sed crediderit fore, quæ dixerit.

Iacobi 1. Postulet cum fiducia nihil hæsitans.
Nam qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui
uentis agitur et impetu rapitur. Neq; enim ex=
istime homo ille, se quicquam accepturum à Do=
mino. Hic fiducia & hæsitatio opponuntur. De=
inde hæsitatio comparatur cum fluctu maris, qui
nunc hic nunc illuc impellitur.

Tertio. Præcidit hæsitantibus gratiam Dei. Ne=
gat enim hæsitanter quicquam à Domino acce=
pturos. Quartò. Quia opponit fiduciam & hæ=
sitationem, necesse est fiducie tribui, quod dubita=
tioni adimitur. Sicut ergo hæsitanter nihil à Do=
mino accepturos asserit: Ita econtra fiduciam
habentes accepturos esse antithesis demonstrat.

Rom. 8. Opponuntur spiritus seruitutis &
filiorum. Spiritus autem seruitutis est timoris &
dubitacionis. Spiritus filiorum certitudinis &
dilectionis. Non accepistis spiritum seruitutis ite=
rum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum Dci, quo clamamus Abba pater. Ipse
spiritus dat testimonium spiritui nostro, quod si=
mus filii Dei.

Exod. 14. Populus conclusus inter mare

DEFENSIO FIDUCIAE.

¶ Pharaonem, de diuino auxilio dubitat. Fortis
sitam, inquit, non erant sepulera in Aegy-
pto, &c.

Hos dubitantes Moses consolatur & ad fidu-
ciam hortatur. Noli timere, inquit, state & uia-
det magnalia Domini, quæ facturæ est hodie.

Zacharias dubitans punitur & obmutescit.
Postea credens benedicit Deo. Ergo dubitans in
corde blasphemat Deum. Quia laudem ueria-
tais non tribuit Deo.

Papistæ confundunt dubitationem cum agni-
tione infirmitatis, sed aliud est agnitus infirmita-
tis, aliud dubitatio. Differunt sicut uirtus & ui-
tium. Agnitus infirmitatis uirtus est. Dubitatio
uerò peccatum cum sole pugnans. Ac si uirtus es-
set dubitatio, non iuberemur luctari cum dubita-
tione, nec iuberemur petere. Adauge nobis fidem.
Quia si dubitatio fiduciae præstat, satius erat du-
bitare, quam ex dubitatione liberari. & augeri
fidem.

CONCLVSTO.

Hactenus argumenta recitata cuincunt in iu-
stificatione fiduciae certitudinem requiri, & in an-
thites



CONTRA DVBI. PONTI.

tibet dubitationem tanquam animarum pestis explodendam esse. Ac indico sane his argumentis bonas mentes confirmari mediocriter posse, ut nos sicut potius, quam Pontificiorum sententiam amplectantur.

S V M M A.

Si quis de gratia Dei & de remissione peccatorum dubitat, fidem Christianam abnegavit.

Sic enim in Symbolo Apostolico docemur & sic confitemur in tertio articulo: CREDO Remissionem peccatorum. Hec est fides Christiana. Hec est fides Apostolica. Nos dicimus: Dubito de remissione peccatorum.

Qui igitur de remissione peccatorum dubitant, sicut fidem Apostolicam abnegarunt: Ita membra uerae Apostolicae & Catholicæ Ecclesiae esse non possunt. Hec enim uera, Apostolica & Catholicæ fides est. Dubitatio autem Ethnica, Academica, Pharisaica, Nouatiana, Dogmatistica, Mahometica, Turcica & Epicurea est.

S 2 VI. Cap.



CAPVT VI.

Confutatio Argumentorum quibus
Pontificij dubitationem stabili-
re & Christianam fiduciam
euertere conantur.

Hactenus recitata sunt Argumenta confir-
mationis, quæ iuxta ordinem locorum topi-
corum commemorata & ex fundamentis Prophe-
ticis & Apostolicis comprobata sunt. Nunc Pon-
tificiorum obiectiones in formas Dialecticas reda-
ctas recitabimus, ut aduersariorum imposturæ fa-
cilius commonstrari possint. Hæc autem omnia si-
cut ex fallacijs deponita sunt, ita ex iisdem con-
futari possunt: Utuntur enim illi fallaciarum
locis, cum confirmationum loci parum eis patroci-
nentur.

Ex fallacia consequentia.
Quod de hæreticorum argumentis consuevit
dici, esse funiculos ex arenis contextos. Idem de
Pontificiorum rationibus non immerito dici po-
test.

I. Argumentum.

Apud



CONTRA DVBI. PONTI.

Apud haereticos & schismaticos fiducia potest
esse uana & ab omni pietate remota.

Ergo apud pios etiam uana & ab omni pie-
tate remota est.

Ponitur sess. 6. cap. 9.

Respon. Neganda est consequentia. & ra-
tio est. Quia est fallacia consequentie. Nihil enim
coherent, & regula est: A possibili ad inesse non
est bona consequentia. ut si dicas. D E V S potest
tuum stannum mox uertere in aurum. Ergo stan-
num est aurum.

2. Si maxime dicatur. Fiducia apud haereti-
cos est uana. Ergo etiam apud pios, tamen nihil
sequitur. Quia est fallacia particularitatis seu se-
cundum quid. Antecedens particulariter de hære-
ticis, non uniuersaliter de hæreticis & orthodoxis
simul intelligi potest. Non enim sequitur Hæreti-
corum fiducia uana est. Ergo, Omnis fiducia ua-
na est.

Nam à specie ad genus non potest procedi
uniuersaliter.

Decinde non ex particulari aliud particulare
sequitur, sed ex uniuersali sequitur particulare,
ut, Fiducia hæreticorum uana est.

Ergo. Etiam fiducia piorum.

Nec uniuersalis uera dari potest, ut

Omnis fiducia uana est.

S;

Er-



DEFENSIO FIDUCIAE

Ergo, Piorum etiam Fiducia uana est.

Hic antecedens uniuersale falso est.

Nulla igitur firma hic cōsequētia monstrari potest.

3. Distinguendum est inter subiecta fiducia.

Inter Hæreticos & pios. Alia enim est piorum :
alii hæreticorum fiducia. Hæretici impias & blasphemias opiniones semel conceptas pertinaciter
propugnant cum periculo uite & honorum corporis & anime, & simul tamen uanissimam illam
persuasionem mordicus retinent se æternam uitam
consecuturos. ut uidere est in Anabaptistis & aliis
phanaticis. Deinde Epicurei, etiam sceleratissime
uiuant, sine ulla pœnitentia, tamen eam sibi
salutis certitudinem singunt, ut nullo modo se æternis
pœnis cruciando credant. Hoc persua-
sio & confidentia in impiis & frequens & usi-
tatisima est. Ac Pontificij ipsi cum manibus
penè palpare possint craziissimos errores, quibus
immersi sunt, tamen in uiam redire nolunt. Et
cum negare nullo modo possint, peccata Sodomi-
tica, quibus totum regnum Pontificium abundat
& circumfluit, tamen nihilominus se DEO pro-
ximos & dilectos eius filios esse somniant.

Talis ergo hæreticorum, Epicureorum &
Pontificiorum fiducia uerè nihil aliud, quam ipsa
uanitas, & uanitas uanitatum est.

Alia est piorum fiducia. Illi nego docent nego

am-

CONTRA DVBI. PONTI.

Implicantur impias & blasphemias opiniones &
Sed auersantur eas, tanquam pestem, solam autem
tem doctrinam Propheticam & Apostolicam tan-
quam uocem Christi ueri & unici Pastoris audi-
unt & sequuntur.

Deinde agunt pœnitentiam & agnoscunt
peccata sua, & certa fiducia statuunt propter
Christum sibi peccata remitti & condonari, et in
hac fiducia inchoant nouam obedientiam, absti-
nent a peccatis contra conscientiam ne offendant
DEVM & amittant gratiam. Taliū fiducia
non est uana, sed efficax: non ab omni pietate re-
mota, sed cum omni pietate coniuncta.

Diligenter igitur piorum fiducia ab Hæreti-
corū & Epicureorū confidentia est discernenda.

4. Inter obiecta. aliò enim piorum respicit:
aliò impiorum fiducia. Piorum fiducia in solo
Deo: Impiorum fiducia uero in proprijs operi-
bus, dignitatibus & præparationibus acquiescit.

5. Inter ueros & falsos Hæreticos.

Ambigua enim uox est Hæreticorum &
Schismatricorum. Per uocem enim Hæreticorum
non intelligunt a uerbo Dei recedentes, et peregrina
na dogmata sub prætextu uerbi tradentes, sed eos,
qui ex fundamentis uerbi Dci, ex scriptis Prophe-
ticis & Apostolicis ueram de Deo et salute nostra
doctrinam proscrunt. Eos illi Hæreticorum titulo
prægrauant.

DEFENSIO FIDUCIAE

Deinde Schismaticos dicunt non qui à uera Ecclesia quae in petra solo Christo fundata est, recedunt: Sed qui à pontifice Romano, qui se Petri successorem gloriatur, propter manifestam Idolatriam & horribiles abusus, recedunt. Committitur igitur hic fallacia Amphiboliae. Quia ambiguë & equiuocè utuntur uocibus hæreticorum & schismaticorum. Quamobrem inter ueros & falsos hæreticos atq; schismaticos distinguendum est. Quod si de Pontificijs & Ecclesia Romana, ut nunc est, loquuntur, concedimus eos & hæreticos & schismaticos esse. Hæreticos quidem, quia ueram doctrinam corruperunt, & tota mendaciorum plastra in Ecclesiam inuexerunt: Schismaticos autem: quia à uera Ecclesia defecerunt & nouum doctrinæ genus excogitarunt, quod cum uerbo Dei ex diametro pugnat.

Hanc igitur fiduciam non bonam, sed uanissimam esse concedimus, quia non in merito Christi, sed in uanissimis suis operibus fiduciam contra uerbum Dei ponunt. Eaq; fiducia quia uana & irrita est, nihil aliud, quam æternas poenas consequuntur.

Sin autem de nostra Ecclesia loquuntur, sicut omnino se loqui ostendunt, pernegamus nostram Ecclesiam hæreticam & schismatycam esse.

He



CONTRA DUBI. PONTIFI.

Hæretica non est: quia in nullo articulo à uero Dei recedit, & proferre ac demonstrare nullos errores Pontificij possunt.

Fundata est in scriptis Propheticis & Apostolicis, & cum tota antiquitate syncerorum Patrum consentit.

Schismatica non est: Quia non à uera, sed à malignantium Ecclesia secessit, secundum mandatum DEI: Fugite idola. Cauete uobis à Pseudo-prophetis etc.

Ea autem sola uera Ecclesia est, non quæ titulo Ecclesiæ triumphat, sed quæ puritatem uerbi & uerum Sacramentorum usum habet:

Nostram igitur fiduciam, quæ in uerbo fundata est, nulle modo uanam & ab omni pietate remotam esse permittimus. Huic enim certa peccatorum remissio diuinitus promissa est.

6 Sicut hæreticorum & schismaticorum appellacionibus abutuntur: Ita & fiducie uocabulum corrumpunt, & non de fiducia prohibita, sed de illa, quæ in uerbo fundata & mandata est, loquuntur. Distinguendum igitur est & hic inter Fiduciam uerè hæreticam, & fiduciam uerè Catholicam: Inter fiduciam ordinatam & inordinatam: mandatam & prohibitam.

De Papistica fiducia credimus nihil ea uanius uel Sonniari posse. De illa uero, quæ in uerbo

S s funda-



DEFENSIO FIDUCIAE

fundata est, quam Deus a credentibus exigit, ea
nihil salutarius, nihil efficacius nominari potest.

7. Potest aptissime in ipsos Pontificios retor-
queri hoc argumentum per inuerstionem.

Fiducia apud Haereticos & Schismaticos
uana & ab omni pietate remota est. Ergo. Fidu-
cia apud Pontificos uana & ab omni pietate remo-
ta est. Quia falsam tuerunt doctrinam, & ab Ec-
clesia Christi recesserunt ad Ecclesiam malignan-
tium, que non Christi sed Diaboli sponsa est, que
nos in uera petra Christo, sed in traditionibus hu-
manis fundata est, sicut id prolixè in omnibus do-
ctrine articulis demonstrari potest.

Multiplex igitur fallacia, dolus & impostu-
ra in hoc unico argumendo committitur. Fereun-
dus enim omnis error est.

2.

Peccatum est in uoluntate.

Dubitatio non est in uoluntate.

Ergo dubitatio non est peccatum.

In hoc argumendo subtilitatis & acuminis
quandam uenantur laudem Pontificij, sed solutio
eius etiam pueris facilis est.

1. Quia ad nullum referri potest modum.

2. Pugnat cum regulis generalibus syllogis-
morum.

Quia

CONTRA DVBI. PONTIFI.

Quia constat ex puris particularibus & pro-
cedit a non distributo, & maior in prima & se-
cunda figura semper debet esse uniuersalis. Alias
nihil inde sequitur.

3. Maior particularis est. Peccatum scilicet
aliquid vel aliqua species peccati, uidelicet pecca-
tum actuale est in uoluntate, sed non omne pecca-
tum est in uoluntate. Quia etiam in mente homi-
nis & in tota hominis natura, in omnibus animae
& corporis partibus haerent & peccata, & pec-
catorum penae.

Non igitur in sola uoluntate haeret peccatum,
sed etiam in mente. Totus homo peccator est. Et
in toto homine sunt peccata. Ideo totus homo se-
cundum animam & corpus damnatur, quando
non agit poenitentiam.

Falsa igitur est propositio: Peccatum est in
sola uoluntate.

4. Maior debet ponи uniuersaliter, vel distri-
butiuе. Hoc modo. Omne peccatum est in uolunta-
te.

Dubitatio non est in uoluntate.

Ergo. Dubitatio non est peccatum.

Vel, Nullum peccatum est in mente hominis.

Dubitatio est in mente hominis.

Ergo. Dubitatio non est peccatum.

Hic



DEFENSIO FIDUCIAE

Hic utrobiq; maior manifestissime falsa est.
Quia non in sola uoluntate, sed etiam in mente
sunt horribilia peccata.

Vel : Peccatum aut est in mente aut in uolun-
tate .

Dubitatio non est in uoluntate.

Ergo non est peccatum. Hic medius termi-
nus non integrè sed mutilatè subsumitur. Sic
subsumendum erat : Dubitatio nec est in mente,
nec in uoluntate. Nam medius integrè subsumen-
dus est.

Medio autem integrè subsumpto falsa erit mi-
nor. Committitur igitur fallacia secundum quid
in maiori. Quia particularis uel non distributum
ponitur, pro uniuersali uel distributo. Deinde in
minore non fit iusta subsumptio sicut apparet ex
ijs, quæ dicta sunt.

s. Obseruanda est regula. Non tantum acti-
ones prauæ pugnantes cum lege Dei, sed etiam
defectus & inclinationes prauæ peccata sunt.

Sunt autem defectus non tantum in uoluntate
sed etiam in mente & in tota hominis natura.
Quia peccatum est depravatio omnium uirium in
homine. Ideoq; non tantum externæ actiones prauæ,
quæ à uoluntate gubernantur, peccata sunt,
sed omnes etiam motus interiores non consentien-
tes



CONTRA DVBI. PONTI.

tes cum uoluntate Dei, siue in mente, siue in uoluntate haerent.

Ideo in definitione dicitur. Peccatum aut est defectus aut inclinatio aut actio, pugnans cum lege Dei, etc.

Ita ingentia sunt in mente hominis peccata ut ignorantia DEI secundum essentiam & uoluntatem, quae quasi scaturigo est omnium aliorum peccatorum, idolomaniarum, blasphemiarum & scelerum.

Opiniones errantes de Deo & uoluntate Dei cogitationes Epicureæ de Deo.

Huc & dubitationes, quæ ex ignorantia Dei profiscuntur. Ac fatentur ipsi Pontificij dubitationem ex ignorantia Dei natam.

Ideo enim dubitandum dicunt, quod homo uoluntatem Dei ignoret, sicut hoc allegant dictum: Nescit homo odio an amore dignus sit.

Ignorare autem Deum & reuelatam eius uoluntatem peccatum est.

Ergo & dubitatio orta ex ignorantia uoluntatis diuinæ, quæ expresso uerbo Euangeliū reuelata est, horribile est peccatum.

Falso igitur ratiocinantur dubitationem non esse peccatum, eo quod non sit in uoluntate, quamvis ratione fidei referri eo quodam modo posse videatur.

Se-



DEFENSIO FIDUCIAE

II.

Secundus Fons obiectionum.

Fallacia falsæ propositionis.

Sæpe ponunt propositiones tanquam fundamenta sua doctrinæ, quæ cum sacræ literis pugnant & quæ nusquam reperiuntur, neq; in Prophetici, neq; in Apostolicis scriptis. Oportet autem probationes rerum Theologicarum non alia unde sumi, quam ex verbo Dei. In eo omnia continentur, quæ ad salutem necessaria sunt, & quicquid non probari potest scripturæ autoritate, id eadem facilitate repudiatur, qua recipitur. Ideo Lutherus rectè Prierati illud obiicit: Turpe esse Iuristam loqui sine textu. Et parum honorificum esse Theologum loqui sine scriptura.

Huc referri possunt hæc Argumenta.

Modestia & humilitas est uirtus.

Dubitatio est significatio modestiae & humilitatis.

Ergo. Dubitatio est uirtus. Et per consequens necessaria est in iustificatione.

Respondeo. Argumentum est sumptum ex loco definitionis. Sed neganda est consequentia, & ratio est. Quia est fallacia falsæ propositionis. In Minore enim falsa propositio seu falsa definitio ponitur. Dubitatio enim non est significatio modestiae & humilitatis, sed potius immodestia, super-



CONTRA DUBI. PONTIFI.

perbie, arrogantiæ, contumeliam, blasphemiam & perfidiam significatio. Diffidit enim uerissimo & immutabili Dei uerbo et impudenter Deum mendacij accusat. Hæc non est humilitas, non est modestia superbe uerbum Dei aspernari & nolle eius uerbo credere.

Huc pertinet Regulæ. Ex falsa definitione nihil sequitur: Ex falso nil nisi falsum sequitur. Falsa nihil probant.

Sic igitur concludendum erat. Immodestia, superbia, impudentia, contumelia in Deum & eius uerbum, crassissima sunt uitia, displicentia Deo et hominem in æternam damnationem abducentia.

Dubitatio est talis immodestia & superbia impudenter & contumeliose Deum & eius uerbum repudians.

Ergo. Dubitatio est crassum uitium, displingens Deo, & abducens in æternam damnationem. Vera Dubitationis definitio hæc est.

Dubitatio est uitium seu peccatum prime tamen. Oppositum fidei in defectu, cuius proprium est dubitare de uoluntate Dei reuelata de promissionibus diuinis, ac in primis de gratuita promissione Euangelij et certitudine gratiae & remissionis peccatorum, de speciali promissionis applicacione, arguere Deum mendacij & periurijs, quasi meritum sit utrum praestet ea, quæ promisit et iurauit,

sicut



DEFENSIO FIDUCIAE

Sicut scriptum est. Qui non credit, Deum mendacem facit. Atque haec quidem, que in hac definitione dubitationi tribuuntur ex ipsorum Pontificiorum scriptis sumi possunt. At qui haec attributa non patiuntur dubitationi uirtutis appellationem tribui. Quamobrem explodenda est ex Ecclesia.

Iacob. 1. Dubitatio confertur cum fluctuatione in mari.

Ioh. 8. Nisi credideritis quod ego sim, in peccatis uestris moriemini.

2. Cor. 13. Reprobi dicuntur dubitantes. An non cognoscitis quod I E S U S Christus in uobis est, nisi reprobi facti estis.

2.

Temeritas, Præsumptio, Superbia, Arrogantia etc. sunt peccata.

Fiducia qua quis certo statuit, se esse in gratia est temeritas, præsumptio, superbia, arrogantia.

Ergo fiducia illa est peccatum.

Sessione 6. cap. 12. Fiducia dicitur temeraria prædestinationis præsumptio. cap. 9. Inanis Hereticorum fiducia. Et Hosius Cardinalis facit Episcopatam. dicit enim docere talem fidem, que certo statuat remissionem peccatorum: Et docere nullas gehennæ poenas impijs constitutas esse, idem esse.

Responso



C O N T R A D V B I . P O N T I .

Respon. Est & hoc sumtum ex loco false propositionis. Quia definitio fiduciae falsa ponitur in minore. Tribuuntur enim fiduciæ illa, quæ non conueniunt fiduciæ, sed quæ in excessu cum fiducia pugnant. Sicut enim dubitatio in defectu pugnat: ita temeritas, præsumtio & arrogantia in excessu pugnant. Dubitatio diffidit D E O, ubi certum propositum est uerbum, Temeritas & Præsumtio confidunt, ubi nullum est uerbum. Fiducia contrarium facit: illa tantum confidit, ubi certum est uerbum. Vbi nullum est uerbum, ibi non confidit. Tantum uerbo ntitur. Niti autem uerbo Dei tanquam certissimo fundamento, tanquam firma petra, non est temeritas, non est præsumtio, superbia uel arrogantia. Impie igitur Pdipistæ saluberrimam uocem fiduciæ deprauant, idq; ideo quod Diabolus nihil minus ferre possit, quam fiduciam in Dei misericordiam.

Neganda igitur est consequentia, & ratio est, Quia est fallacia false propositionis. In minore ponitur falsa definitio pugnans cum expresso Dei uerbo. Quæ autem uera sit fidei definitio supra est expositum.

3.

Indispositi ad suscipiendam gratiam non possunt esse certi de gratia.

T

Omnis



DEFENSIO FIDUCIAE

Omnis homines sunt indispositi ad sufficiendam gratiam.

Ergo. Nemo potest esse certus, utrum sit in gratia. Ex s̄. 6. cap. 9.

Dispositos ad gratiam dicunt, qui operibus penitentiae & caritatis se præparant & ita disponunt, ut digni fiant in quos Deus beneficium iustificationis conferat. Qui uero non sufficienter se præparant operibus penitentiae & caritatis, qui non satis habent talium operum quæ ad sufficiendum præparationem requiri putant, illos indispositos dicunt. Atq; his iustificationis communicationem admunt, ob hanc causam quod nondum satis dispositi, satis præparati, & satis digni sint ad suscipiendam gratiam. Causam igitur suscipienda gratia in hominis dispositione, præparatione & dignitate collocant. Vbi uero sufficiens præparatio deest, ibi negant certam esse gratiam & iubent homines dubitare, utrum ipsis communicetur gratia Dei.

Ex hoc fundamento sequitur uniuersalis dubitatio.

Sed neganda est consequentia & ratio est,
Quia Maior falsa propositio est.

Non enim nostræ dignitatis uel dispositionis conditio in iustificatione requiritur, sed sola Dei gratia sufficit, quæ propter meritum Christi gra-

tia

C O N T R A D U B I . P O N T I .

¶ nos recipit sine nostris operibus & meritis, sine nostra dispositione, præparatione & dignitate, si tantum fide Christum appræhenderimus, sicut Paulus dicit, gratis absq; operibus iustificari hominem. Non igitur obstat nostra indignitas, quo minus gratia Dei nobis communicetur. Quia ob illam ipsam causam gratis imputatur, quod in digni gratia DEI sumus, quod nostris operibus eam promercri nequeamus.

Minorem concedimus. Fatemur enim nos indigos et indispositos esse, nec ullo modo nos sufficienter præparari ad gratiam in hac infirmitate posse, & omnino dabitandum de gratia Dei esset, si conditio nostræ dignitatis requireretur.

Sed nostræ dignitatis & dispositionis uel præparationis conditio non requiritur. Quia scriptura soli Deo & eius immensa gratia & misericordia, non autem nostris meritis, dispositionibus uel dignitatib. iustificationem tribuit. Nostra igitur indignitas non debet nobis obstare, quo minus certò statuamus gratuitam Dei misericordiam certò applicari omnibus credentibus. Si non digni sumus gratia, indigi tamen sumus. Sind wirs nicht wurdig / so sind wirs notdürftig. Nec ad nostram dignitatem, sed ad nostram indigentiam respiciamus. Non utrum gratia dignissimus, sed quod gratia egeamus.

Nemo absq; ulla omnino dubitatione apud se metipsum debet statuere se esse iustificatum, etiam si uerè iustificatus sit.

Ergo dubitandum est & non certa fiducia promissione innitendum est.

Ponitur sessione 5. cap. 9.

Resp. Neganda est consequentia & ratio est, Quia antecedens est propositio manifestè falsa, quæ nullis scripture & testimonij suffulciri potest. Contraria autem testimonia multa proferri possunt, in quibus fiducia requiritur.

Hebr. 3. Si fiduciam & gloriationem spei ad finem usq; firmam retinueritis.

Hebr. 10. Accedamus uero corde in plerophoria fidei, tenentes confessionem spei non uacillantem.

Heb. 4. Accedamus cum fiducia ad thronum gratie.

1. Iohan. 5. Ut sciatis, quoniam uitam habetis aeternam, qui creditis in nomen filii Dei.

Opponenda igitur falsæ propositioni uera est: Omnes iustificati debent certò statuere absq; omni dubitatione, se uerè esse iustificatos.

Ergo non est dubitandum.

2. Absurdum est permittere aliquem posse uerè iustificatum esse, & simul tamen interdicere iustificato, ne se iustificatum esse credat. Ut si quis thesaurum

C O N T R A D U B I . P O N T I .

sa^rum daret, & ueram thesauri possessionem
concedat, Prohibeat uero ne se possidere credat.

5.

Non afferendum est, neminem à peccatis ab-
solui ac iustificari, nisi cum, qui certo credat se ab-
solutum & iustificatum esse, etc.

Ergo afferendum est eos quoq; à peccatis ab-
solui & iustificari, qui non certo statuunt, sed qui
dubitant se absolutos & iustificatos esse.

Ponitur sessione 6. cap. 9.

Respon. Argumentum nititur nuda Ponti-
ficiorum autoritate, & ex fallacia falsæ proposi-
tionis desumptum est. Nusquam enim in tota scri-
ptura reperiuntur testimonia, quibus iustificandi
uel iustificati iubentur dubitare. de fiducia autem
tam sunt illustria testimonia, ut nemo sanus nega-
re posset, solis creditibus peccata condonari. De-
inde non potest proferri ullum testimonium uel
exemplum, ubi dubitationi iustificatio attribua-
tur.

6.

Non nisi ex speciali reuelatione sciri potest,
quos D E V S sibi elegerit.

Ergo dubitandum est de gratia & non certo
statuendum, utrum quis sit in gratia.

T 3

Poni-

DEFENSIO FIDUCIAE

Ponitur sessione 6. cap. 12. et similiter nititur nuda Pontificiorum autoritate, qui nulla scripturae autoritate muniti, dicunt quidem, sed non probant. Non enim speciales revelationes, visiones, apparitiones, Enthusiasmi et similia expectata sunt, sed tantum uerbo innitendum est et statuendum est, certo omnes credentes recipi sine ulla personarum uel locorum, uel temporum circumstantijs, dum modo Christum agnoscant et uera fide apprehendant. Quia promissio universalis est offerens gratuitam misericordiam omnibus hominibus sine personarum respectu, sine ~~προσωποληψίᾳ~~. Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, et c. ut omnis qui credit non periret etc. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Acto. 10. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum.

Neganda igitur est consequentia. Quia in antecedente est falsa propositio. Sic enim sese Deus uniuersaliter toti Mundo reuelauit, quod gratis remittere uelit peccata omnibus in Christum credentibus, et Christus ipse ex sinu Patris hanc reuelationem attulit, sicut scriptum est. Iohan. 1. Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, et Luc. 10. Nemo scit, quis sit Filius nisi Pater, et quis



CONTRA DVBI. PONTI.

quis sit Pater, nisi Filius, & cui uoluerit Filius
reuelare. Reuelauit autem Filius Patrem ita,
quod gratis recipere uelit omnes credentes.

Hac reuelatione uoluntatis diuinæ contenta
acquiescamus uerbo, & grata mente hoc benefi-
cium amplectamur, neq; aliam reuelationem pecu-
liarem prestolemur, præfertim cum non promise-
rit D^rcus, se cuilibet iustificando peculiares reue-
lationes uel per Angelos missurum, uel per feme-
 ipsum allaturum. Quicung; igitur extra uerbum
sine promissione diuina peculiares reuelationes
sonniant, sij uarijs Diabolorum dementationibus
obnoxij sunt.

7

Quod de tota Ecclesia uerum est, non statim ad singula membra uel individua accomodari potest.

De tota Ecclesia, quæ sponsa Christi est, ue-
rum est eam posse certam esse de dilectione Dei
erga se.

Ergo hæc certitudo non potest accommodari ad singula membra uel individua.

Respon. Concedunt Ecclesiam posse certam
esse de dilectione Dei erga se, propterea quod sit
 sponsa Christi, corpus et caro et os de omnibus il-
 lius. Individua autem seu singula membra, seu
 unumquemque Christianum, non posse certum esse,
 nisi ex speciali reuelatione. Volunt igitur

DEFENSIO FIDUCIAE

uniuersalem promissionem in genere ad totam, sed non ad partes Ecclesiæ referri & generaliter promissionem esse certam, specialiter incertam.

Sed primum neganda consequentia & ratio est. Quia falsa est propositio, quæ affirmat certitudinem gratiæ non pertinere ad singula uera Ecclesiæ membra. Deinde inuerti potest.

Si quisq; Christianus de dilectione Dei dubitare cogitur, ipsa etiam Ecclesia cogetur dubitare. Quia quod in specie de singulis partibus dicitur, idem de toto dici potest, ut:

Singula membra de speciali gratiæ applicatione coguntur dubitare.

Ergo & tota Ecclesia cogitur dubitare. Nam quod de singulis partibus uniuersaliter prædicatur, idem de toto prædicari necesse est.

Si autem totum, hoc est, Ecclesia potest esse certa, etiam omnia membra Ecclesiæ quæ & uiua possunt esse certa, ut

Ecclesia potest esse certa de dilectione Dei. Quia sponsa Christi est.

Ergo etiam uiua Ecclesiæ membra possunt esse certa. nam, quod de toto prædicatur, idem de partibus etiam prædicari potest.

Si Christus Ecclesiam diligit, etiam Christianos qui membra Ecclesiæ sunt, diligit. Aut si Ecclesiæ

Image

CONTRA DVBI. PONTI.

Ecclesiam diligit uerè, & membra Ecclesiæ non dili=git uerè, qualis hæc dilectio erit?

Quomodo Princeps diligit ciuitatem, si ciues non diligit. Gal. 2. Paulus dicit. In fide uiuo filij Dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro M E. Non dicit Paulus, dilexit Ecclesiam in genere, sed in specie, dilexit M E, nec tantum se pro Ecclesia tradidit, sed pro M E tradidit. Ap=pli cat igitur in specie ad indiuiduum, non in gene=re ad totum. Nec ex singularibus reuelationibus, vel uisionibus hanc specialem certitudinem atq; fiduciam colligit, sed ex communi arguento, quo dilectio Dei communiter erga omnes credentes communi redemptione in cruce facta declaratur. Nec elabi hic possunt etiamsi singulares reuelati=ones prætendere uelint, ut si dicant.

D. Paulus fuit Apostolus & raptus in tertium Cœlum, & habuit peculiares reuelationes.

Ergo ex peculiaribus reuelationibus certus fuit de sua persona, quod uidelicet ipse sit in gra=tia.

Respon. Neganda est consequentia. Quia Paulus hoc loco, non loquitur, ut Apostolus, sed ut Christianus, nec ut in tertium cœlum raptus, sed secundum Christianam & communem fidem, qua singuli credimus Christum pro nobis mortu=um & semetipsum pro nobis tradidisse. Ideo dicit:

T. S. In

DEFENSIO FIDUCIAE

In Fide uiuo filij Dei, non dicit: In singularibus reuelationibus uiuo. Et in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me et semetipsum tradidit pro me. Hæc communis illa omnium Christianorum fides est, quod uidelicet Christus semetipsum pro nobis tradiderit in mortem, quod sua morte nos redemerit ab æterna damnatione, quod omnes Christiani credere hoc, & hac fiducia sese sustentare debeant, quod hæc unica ratio sit consequenda uitæ æternæ. Hic nihil noui, nihil ab usitata & communi fidei doctrina alienum representamus.

Si igitur Paulus ex communi Christianorum fide certus est de Individuo suo, de gratia Dei erga sese, falsissimum est illud, quod de specialibus reuelationibus prætendunt, & quod toti Ecclesiæ concessam certitudinem singulis membris adimunt & dubitationem obtrudunt.

III.

Tertius fons Argumentorum
Pontificiorum.

A E Q V I V O C A T I O.

Quicunq; docent necessarium esse credere, neque remitti nego; remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum, illi recte docent.



C O N T R A D V B I . P O N T I .

Pontificij docent necessarium esse credere neq;
remitti neq; remissa unquam fuisse peccata , nisi
gratis, diuina misericordia propter Christum.

Ergo recte docent de causa efficiente, impul-
sua & instrumentalis, hoc est , de gratuita iustifi-
catione, merito Christi & fidei.

Minor ponitur sess. 6. cap. 9.

Respondeo. Neganda est consequentia , &
ratio est. Quia æquiuocatio est in medio termino.
Vsurpant Papistæ eadem uerba, quæ nos usurpa-
mus, sed alio sensu. Et quod hoc loco dicunt, ei ali-
bi contradicunt. Nam in eodem statim capite
quod dixerunt, necessarium esse credere, quod neq;
remitti posint , neq; unquam remissasint peccata
nisi gratis propter Christum , idipsum eadem pa-
gina repudiant. Nam in titulo statim sese fidei bo-
stes profitentur , contra quam in aciem progressi
funditus eam euertere conantur. Appellant enim
fidem uanam fiduciam & quidem hæreticam. De-
inde adiunxit fidei fiduciam & certitudinem, &
ostendunt se talem fidem ut necessariam requirere,
quæ sit sine fiducia & sine certitudine, quæ sit am-
bigua & incerta, quæ coniuncta sit cum impia &
blasphemia dubitatione .

Ea autem fides generalis , historica & Dia-
bolica est. Eandem etiam cum Thrasonica iactan-
tia conferunt , ut si quis Thrasonice & futiliter
glorietur



DEFENSIO FIDUCIAE

glorietur de suarum facultatum amplitudine, cum uel nihil facultatum possideat, uel incertum sit, utrum aliquid bonorum unquam accepturus sit. Nemini, inquiunt, fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum iactanti peccata dimitti uel dimissa esse. Ad hæc negant in sola fide acquiescendum. Volunt igitur ut alibi loquuntur, fidem caritate formatam, id est, requirunt fidem, non quæ sit instrumentum iustificationis, sed quæ cum alijs uirtutibus coniuncta causa iustificationis efficientis sit, hoc est, dignitate fidei & aliorum operum uitam eternam uolunt promerer. Hinc iudicari potest quid de fide sentiant, dicunt credendum esse & necessarium esse credere, sed eadem pagella negant credendum esse, & fidem damnant, ut inanem, hereticam, iactationem Thrassonicam, & quod nulli unquam credenti peccata dimissa sint, & quod nunquam futurum sit, ut credentes remissionem peccatorum accipient. Postremo anathemate eam dominant & ex universa Ecclesia proscribunt. An non egregie igitur fidem Christianam urgent necessariam esse? Verba sonant fidem necessariam esse, & uerbo tenuis illa tradunt: Reipsa uero funditus euertunt fidem & dubitationem substituunt.

2. Sic misericordiam diuinam ponunt & addunt gratis per misericordiam diuinam peccata remitti.



CONTRA DVBI. PONTI.

remitti. Sed negant simul fidem sola Dei misericordia niti debere, & nullo modo concedunt sola fide in Dei misericordia acquiescendum esse. Ideo sufficientem dispositionem, præparationem & dignitatem exigunt, & negant eum, qui non sufficienter ad gratiam suscipiendam dispositus sit, de gratia certum esse posse.

3. Deinde fidem formatum exigunt, & opera ad salutem necessaria esse contendunt.

Quomodo igitur gratis iustificamur, si nostra opera necessaria sunt ad salutem impetrandam? Quomodo per Dei misericordiam, si per nostra opera?

4. Eodem modo propter Christum dicunt, cum nequaquam Christi mortem sufficiens pro peccatis nostris esse permittant.

Obseruanda igitur Pontificiorum Grammatica est.

1. Cum dicunt fidem, intelligunt dubitationem.

2. Cum dicunt gratis, intelligunt merita humana.

3. Cum dicunt misericordiam Dei, intelligunt suas præparations & dispositiones.

4. Cum dicunt propter Christum, intelligunt propter sua opera. Aliter enim nec sentiunt, nec in alijs locis loquuntur aliter.

Cur



DEFENSIO FIDUCIAE

Cur igitur scripturæ uerba retinent
cum prorsus pugnantia doceant?

Vt simplicioribus imponant. Nullum enim
imposturæ aptius compendium inueniri ab ipsis
potuit, quam ut retentis uerbis contrarias assue-
rent opiniones. Hyena humanam uocem imitans,
allicit ad se homines & allectos deuorat. Ita illi
sacrarum literarum uerba imitantes simpliciorum
oculis præstigias offundunt, de his præstigijs de-
mentatos in æternæ damnationis barathrum pre-
cipitent.

Aequiuocè igitur & ambigue usurpantur
uerba; credere, gratis, misericordia diuina; pro-
pter Christum etc. Et cum hæc uerba alio sensu
usurpent, quam in scriptis Propheticis & Aposto-
licis usurpantur, manifestum est eos non recte do-
cere de iustificatione, sed articulum iustificationis
corrumperet, & seducere uniuersam Ecclesiam.

2.

Serutari uoluntatem Dei & audacter de ea
pronunciare est peccatum.

Affirmare certò se esse in gratia est, scrutari
uoluntatem Dei & audacter de ea pronunciare.

Ergo. Affirmare certò se esse in gratia, est
peccatum. Et per consequens non fiducia, sed
dubitatio requiritur.

Resp. Argumentum ex eodem fonte desumtum
est, uidelicet ex fallacia æquiuocationis. Ne-



CONTRA DVBI. PONTI.

Neganda igitur est consequentia. Quia est fallacia æquiuocationis. Medius terminus ambiguus est. Maior de uoluntate Dei arcana loquitur. Minor de reuelata. Scrutari uoluntatem Dei arcanaam peccatum est et prohibitum à Deo est, scrutari arcana Dei uoluntatem. sed recelatum suam uoluntatem uult omnibus hominibus esse non iussimam & certissimam, et sicut arcana scrutari prohibet, ita reuelatam scrutari iubet. Scrutamus, inquit, scripturas. Illæ enim testimonium perhibent de me, quasi diceret, in illis uoluntas Dei reuelata est, uidelicet quod ego missus sum in hanc carnem, ut immerita mea passione pro peccatis generis humani satisfaciam, et omnibus in me credentibus remissionem peccatorū communicem.

Distinguendum igitur est inter uoluntatem Dei arcana et reuelata, inter scrutinationem uoluntatis diuinæ prohibitam & mandatam, ordinatam & inordinatam. Hæc reuelatae uoluntatis diuinæ scrutatio ordinata et à deo mandata est, et qui reuelatae voluntati Dei obsequi et acquiescere non uolunt, illi merito in æternas pœnas abijciuntur. Ut uero aliquem huic errori obducant fucum, asserunt hanc non reuelatae, sed arcane uoluntatis inquisitionem esse. Ideo sessione 6. cap. 12. titulum fecerunt: Prædestinationis temeraria præsumptionem cauendam esse, et in textu addunt:

Nemo

DEFENSIO FIDUCIAE

Nemo quam diu in hac mortalitate uiuitur
de arcano diuinæ prædestinationis mysterio usq;
adeo præsumere debet, in certò statuat se omnino
esse in numero prædestinatorum. Certitudinem
igitur fidei uel fiduciam, arcani diuinæ prædesti-
nationis mysterij temerariam præsumptionem dia-
cunt, sed hæc quoq; syllogismo includantur.

Temeraria de arcano diuinæ prædestinationis
mysterio præsumtio uitanda est.

Fiducia seu certitudo remissionis peccatorum
est temeraria de arcano diuinæ prædestinationis
mysterio præsumtio.

Ergo fiducia seu certitudo remissionis pecca-
torum uitanda, & de gratia dubitandum est.

Respondeo. Maior uera est de ijs, quæ uerè
arcana Dei mysteria sunt. Illa enim nec scrutan-
da, nec quicquam de arcanis Dei, quæ nobis ab-
scundita D E V S esse uoluit, præsumendum est.
Gregorius in nonum caput Iob lib. nono cap. 8.

Autoris facta semper indiscussa uene-
randa sunt, quia iniusta nequaquam esse possunt.
Rationem quippe de occulto eius consilio quere-
re, nihil est aliud quam contra eius consilium su-
perbire. Cum ergo factorum causa non depræ-
henditur, restat ut sub factis illius cum humilitate
taceatur: quia nequaquam sufficit sensus
carnis, ut secreta penetret maiestatis.

Q. 11

CONTRA DVEI. PONTI.

Qui ergo in factis Dei rationem non videt, insfirmitatem suam considerans, cur non videat, rationem videt.

Augustinus contra pelagium lib. 6.

Quantumlibet enim scire coneris iudicia Dei, comprehendere non vales, nec valebis, quia sicut nemo seit hominum, quae sunt hominis nisi spiritus, qui in ipso est: ita quae Dei sunt, nemo seit, nisi spiritus Dei. Si qua ergo attingere valuerimus, non nostra solertia, sed dono Spiritus Sancti reuelata sunt, debemus agnoscere.

Si autem scire non datur, quod supra nos est, nec a nostra pusillanimitate queratur. Praeceptum est enim a scriptura sancta, altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris in vanitate: Et altum sapere noli, sed timere.

Timendum est prorsus, et venerandum profundum Dei, quod nos ritè fatemur inuestigare non posse.

Ibidem.

Quia si scrutari voluerimus secretum Dei, quod iusticie ipsius solius est notum, comprehendere non valemus, et impletur in nobis, quod scriptum est, defecerunt scrutantes scrutinio.

Ibidem.

Descende ergo si vales in profundum misericordie

DEFENSIO FIDUCIAE

ricordię Dei? Ascende ergo si sufficiſ, in altitudinē
nem iusticie iudicij eius? Descende in longitudinem
& latitudinem inuestigabilium viarum eius, & si
liquido penetraueris hęc, quibus Paulus expauit,
ipſe intrepidus pande. Si autem iactatus cura
inanum quęſtionum, cadis in fluctus variae con-
tentioſis, & velut nauis deſerto guberſaculo per
diuera & incognita littora volueris, nec prorsus
ibi proſperē nauigare potes. Reuertere, & ſede
in portu fidei catholicę, ubi de nulla poſit
fluctuoſa curioſitatis tempeſtas turbare uel inca-
gere.

Augustinus de concep. & grat. cap. 8.

Quantum itaq; nobis iudicia ſua manifeſ-
tare dignatur, gratias agamus: quantum vero ab-
ſcondere, ne aduersus eius conſilium murmuremūs,
ſed hoc quoq; nobis ſaluberrimum eſſe credamus.

De talibus arcanis Dei concedi maior po-
ſet. Sed minor falſiſima eſt. Fiducia enim ſeu cer-
titudo remiſionis peccatorum non eſt temera-
ria de arcano diuinę praedestinationis mysterio
præſumptio.

Quia hęc voluntas Dei reuelata eſt, quod
omnes, qui in Christum credunt, certò remiſionem
peccatorum accipere debeant. Mysterium mag-
num



CONTRA DUBIIS PONTI.

nūm est excedens captum omnium creaturārum,
Angelorum & hominum, nec ullius creature sa-
cientia tantum mysterium viribus naturalibus in-
uestigare potuisset, sed reuelatum iam nobis est
mysterium iustificationis per vocem Euangeliū.
Hoc tantum beneficium agnoscamus, & Deo toto
pectore gratias agamus, nec ingrati hanc diuinæ
voluntatis reuelationem vel negemus vel occulte-
mus.

Id enim volunt verba Augustini, cum
dicit: Quantum itaq; nobis iudicia sua manife-
stare dignatur, gratias agamus: Quantum vero
abscondere, ne aduersus eius consilium murmure-
mus, sed hoc quoq; nobis saluberrimum esse creda-
mus.

Falso igitur temeritatis calumnia pregra-
uatur haec doctrina, quæ expresso verbo & reuela-
ta Dei voluntate nititur. Nec cum de peccatorum
remissione agitur anxie conscientiæ ad in explica-
biles disputationū de prædestinatione labyrinthos,
sed ad reuelatam Dei voluntatem & ad vniuersa-
lem de gratuita peccatorum remissione promissio-
nem deducendæ sunt, Ut Iohan. 3. vt omnis qui
credit non pereat. Acto. 10. Huic omnes Prophetæ
testimonium perhibent &c.

Rom. 3. Iustitia Dei per fidem IESV Chri-
sti in omnes & super omnes.

DEPENSIO FIDUCIAE

Rom. 10. Omnis qui credit in eum, non confundetur.

Huc pertinet distinctio inter voluntatem Dei arcana & reuelatam. Arcana voluntas Dei non est scrutanda. Reuelata voluntas autem magno studio inquirenda est iuxta mandatum scripturarum.

3.

Fidei potest subesse falsum.

Ergo dubitandum est de gratia Dei.

Sessione 6. cap. 9.

Et Hosius Cardinalis contra Brentium in propugnatione Catholicae doctrinae fol. 27.

Nihil à nobis rectè credi (de fide catholica loquimur) cui subesse falsum potest: Speramus autem etiam ea rectè, quæ secus non nunquam euenire possunt. Quoniam igitur fieri potest, ut credat aliquis firmiter, certoq; statuat, se esse in gratia, & vitam eternam esse consecuturum, & hæc eum opinio sua fallat, sperare iubemur magis quam credere: Fidei enim ratio in veritate, tanquam à Deo reuelata, sita est, spei ratio sufficientissima sita est in possibilitate eius acquirendi, quod secundum Dei mandatum & promissum speres.

Hic affirms per Catholicam fidem aliquem decipi, & aliter quam Deus promiserit fieri posse. Et si maximè non impetratur, quod speratur, non hoc



CONTRA DVBI. PONTI.

hoc spei Christiane contrarium esse, Et cum in-
certa sit gratiae consecutio, sperandum potius,
quam credendum esse.

Hæc opinio quam horrenda, quamq; perni-
ciosa sit, consideretur. Quod si quem in agone
constitutum aliter consolari non velit, quam vt
dubiam de voluntate Dei spem concipiat, si forte
consequatur, in extremam desperationem potius
conijciet quam vt pia aliqua consolatione conscienc-
tiam angustam erigat.

Sed ad hoc argumentum sic respondendum
est &c.

Primum. Neganda consequentia & ratio
est. Quia ambiguitas est in vocabulo Fidei &
committitur fallacia æquiuocationis.

Cui falsum subesse potest, de eo dubitandum
est. Fidei potest subesse falsum.

Ergo de fide nostra dubitandum est, utrum
nostra fide verè consequamur gratiam.

Hic fidei vocabulum ambiguum est.

Duplex enim est fides, vera & falsa seu Hy-
pocritica.

Vera fides certa est & ei nihil subest falsum.

Quia nititur firmissimo fundamento verbo
diuino, quod fallere non potest. Cœlum & terra
peribunt, Verbum autem meum non peribit inquit
Christus. Certum igitur & firmum est fidei funda-
mentum.

DEFENSIO FIDUCIAE

mentum, cui credens tuus fidere potest & debet.
De tali fide intelligi debet dictum Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Zion. Non com movebitur in eternum, qui habitat in Ierusalem.

Hæc fides quando credit Deum esse misericordem propter Christum, Christum esse sufficiens autem pro peccatis nostris, omnes Dei misericordiam & ad Christi vulnera consugientes verè consequi gratiam à Deo Patre, & sugere ex vulneribus Christi veram animæ sue sanitatem, is nihil falsum, sed ipsissimum veritatem credit, contra quam nec portæ inferorum præualebunt.

Econtra falsa & hypocritica fides uon est certa & ei multa subest falsitas. Quia non nititur firmo fundamento, hoc est, Verbo Dei, sed nititur proprijs viribus, proprijs operibus, præparationibus, dispositionibus, satisfactionibus, quibus nihil est incertius, nihil infirmus, nihil vanius, nihil fallacius.

Omnia enim hæc adducta in iudicium Dei, consistere nullo modo possunt. Sicut folia arborum autumnali tempore vi tempestatum proiecta, & huc atq; illuc volitantia disiunctiuntur, ita illa corans Deo consistere nequeunt.

Sicut fornacis scissura papyro oblite non durant ita



CONTRA DVBI. PONTI.

Ita misella hominum opera ire Dei ardenti opa-
poni nequeunt. Hæc fides igitur quæ proprijs vi-
ribus & operibus, præparationibus & dispositio-
nibus fidelis, & hisce vel salutem impetrari vel ijs ad
salutem quenquam præparari sibi imaginatur, toto
celo errat. Ea fides quicquid somniat, nil nisi
falsum somniat, & sicut in somnis stulte de inuen-
to Thesauro quispiam gaudet, & euigilans se de-
ceptum videt: ita qui extra & contra verbum crea-
dunt, falsam sibi spem concipiunt.

Distinguenda igitur est vera & falsa fides.

Antecedens verum est de falsa fide. Ei fal-
sum subest.

Falsum est de vera fide. Ei non subest falsum.

Aliud igitur est imaginaria fides, quæ sibi
imaginatur id, quod falsum est. Aliud fides, quæ
verbo nuditur.

2. Distinguendum est inter fidem Philosophi-
cam & Christianam. Philosophica fides potest non=
nunquam ex probabilibus rationibus aliquam con-
cipere opinionem, quæ tamen vel incerta vel falsa
sit, sicut multæ sunt opiniones, quæ certò affirma-
ri non possunt, sicut exemplis res illustrari posset.
Sed alia res est fides Christiana, quæ certum ver-
bum, certam & expressam promissionem tanquam
infallibile principium habet.

DEFENSIO FIDUCIAE.

3. Inter politicam & Christianam fident.

Ita in communi vita multa saepe promittuntur & creduntur, quae tamen nullo modo praestantur, ut in versiculo dicitur. Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur. Omnia enim plena sunt perfidia & periurijs. Non potest igitur fides illa politica semper esse certa. Christiana fides econtra certa & immota est.

4. Inter obiecta fidei. Inter obiectum diuinum & humanum inter Deum & creaturas. Obiecta fidei humana possunt esse incerta. Diuinum non est incertum. Homo promittit multa & saepe praestat parum. Vnde illud:

Promissis diunes quilibet esse potest. Imo non simplices promissiones tantum, sed nec iuramenta hominum certa sunt. Deus vero, quae promittit, certo praestat, & promissio eius nihil subest falsum, nihil fictum, nihil mendax & dolosum. Quamobrem, qui diuinae veritati credit & confidit, non decipitur. Huc illud maledictus qui confidit in principibus, & in filiis hominum, in quibus non est salus. Ita prohibetur fiducia non tantum in homines, Sed etiam in alias creaturas, ut fiducia in diuinijs, potentia, amicis, muris, turribus, equis, foederibus.

Huc pertinet distinctio inter fiduciam ordinatam & inordinatam. Ordinata fiducia ad solum



CONTRA DVBI. PONTI.

lum Deum pertinet. Quia scriptum est: Non habebis Deos alienos. Inordinata idola efficit, quæ in verbo Dei grauiſſime prohibetur.

Antecedens igitur si intelligatur de falso et hypocritica fide, de Philosophica, Politica, et de obiecto humano vel creato, concedi suo modo potest.

De vera Christiana fide, quæ obiecto diuino nititur, concedi non potest. Deinde non sequitur inde: fidei falsæ, hypocriticæ, Philosophicæ et politicæ, quæ, obiecto humano nititur, potest subesse falso.

Ergo fidei etiam veræ, Christianæ, quæ obiecto diuino vel promissionibus diuinis nititur, potest subesse falso. Ergo dubitandum est de gratia Dei, quasi incerta et dubia sit.

Infinitum enim et discrimen est inter promissiones diuinae et humanas. Inter fidem, quæ obiectum intuetur ipsum Deum, et eius verbum, et inter fidem, quæ obiecti loco intuetur hominem et eius verba.

s. Committitur et Fallacia secundum quid.

Verum est antecedens proximi argumenti secundum quid, seu particulariter, de fide falsa hypocritica, philosophica et humana. Sed non est

V 5 verum



DEFENSIO FIDUCIAE

verum de fide nitente misericordia Dei & merito
Christi.

Nec vera est vniuersalis.

Omnis fidei potest subesse falsum.

Ergo etiam fidei Christianæ. Tantum enim de
illa concedi potest, de qua dictum est.

Christianæ autem fidei nihil subest falsum.
Aut si per accidens accedunt aliquæ opinione
rantes, ille tanquam stipula discernenda sunt à
fundamento fidei. Sunt enim aliquando opinio
nes etiam in sanctis, quæ humanæ imbecillitat^e
condonantur, si retineatur fundamentum, & ille
tamen discernenda sunt ab ipsa fide & eius fun
damento.

6. Est & fallacia consequentia. Nam à posse
ad inesse non est bona consequentia.

Fidei potest subesse falsum. Ergo fidei sub est
falsum.

7. Si de vera fide accipiatur est fallacia falsæ
propositionis. Quia veræ fidei non potest subesse
falsum. Veræ fidei tantum veritas inest sine falsi
tate.

8. Confunduntur attributa. Nam que falsæ et
hypocritice fidei conueniunt, ea fidei Christianæ
attribuiuntur.

Spes

4.

Spes fallere potest & (ut Iesuitæ dicunt)
proprium spei est fallere.

Ergo dubitandum est de gratia.

Respon: Neganda consequentia & ratio est.
Quia est fallacia æquiuocationis. Ac conuicit
solutio huius Argumenti cum præcedenti.

1. Concedi potest de spe falsa & de persuasione
ne falsa. Distinguendum igitur est, inter spem ve-
rem & falsam. Spes vera, que perseverat usq; ad
finem, non fallit.

2. Distinguendum est inter spem Philosophicam
& Theologicam, Politicam & Christianam. Phi-
losophica & Politica spe non raro fallit. Speran-
tes autem in Dominum, non confunduntur. Psal.
30. In te Domine speravi, non confundar in æter-
num. Psal. 31. Spexantem in Domino misericordia
circundabit.

3. Inter spem ordinatam & inordinatam.

Nonnunquam sperantur, que non erant spe-
randa, ac si falluntur tales, non sit illis iniuria.

4. Inter obiecta spei.

Spes que intuetur res creatas, fallere potest.

Quæ intuetur Deum creatorem, fallere non
potest. Obiectum enim spei Christianæ est ver-
bum veritatis, non falsitatis. Eph. 1. Qui proprie-
sperauimus



DEFENSIO FIDUCIAE

sperauimus in Christo, in quo speratis et vos auditio
verbo veritatis, Euangeli salutis vestrae, in quo
etiam postquam credidistis, obsignati estis spiritu
promissionis sancto, qui est arrhabo hereditatis
nostrae &c.

S. ~~NON~~ Committitur & hic fallacia secundum quid
& fallacia accidentis, particulariter enim & per
accidens verum est antecedens. De Christiana spe
falsa est.

Spes humana frustratur sperantes.

Spes que Deo ntitur, non frustratur.

Iob; s. Spes non confundit. Et 11. Spes
illorum abominationis.

Proverb, 10. Spes impiorum peribit.

IIII.

Quartus Fons obiectionum pon-
tificiarum, fallacia
phrasis.

Hactenus recitata sunt argumenta, que ex
falsis, & fictis propositionibus formata sunt.
Deinde que ex ambiguis & equivoocis proposicio-
nibus quacunq; ratione concinnata sunt.

Restat ut recitentur ea, que ex sacrarum
literarum depravatis testimonij producuntur.

Precipuum autem mutuantur ex Eccles. ca. 9.
Sunt



CONTRA DVBI. PONTI.

Sunt iusti atq; sapientes & opera eorum in manu D E I, & tamen nescit homovtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod vniuersa æquè eueniunt iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, Immolanti victimas & sacrificia contemnenti, sicut bonus, sic & peccator, Ut per iurus ita & ille, qui verum deierat. Hoc est pessimum omnium, quæ sub sole fiunt. Quia eadem cunctis eueniunt, Vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in vita sua & post hæc ad inferos deducentur.

Ex hoc loco colligunt dubitationem. Sic enim argumentantur.

Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit.

Ergo dubitandum est de gratia DEI, Ergo nemo potest certa fiducia statuere se esse in gratia DEI, se diligere a DEO, se placare DEO.

Item: Omnia in futurum seruantur incerta

Ergo etiam gratia DEI est incerta.

Hoc argumentum vnum ex præcipuis eorum argumentis est, quo in primis triumphant.

Existimant enim se hic scripturæ testimonium incunire, quo & dubitationem probare & omnia alia

DEFENSIO FIDUCIAE

alia illustrissima dicta, quæ de promissionum & fia-
dei certitudine loquuntur, euertere possint. Sed
facilis est responso.

Neganda est consequentia. Quia est fallacia
phrasis.

i. Dicendum illud enim non loquitur de casu iustifi-
cationis, sed de euentibus, quæ in hac vita extra
casum iustificationis, cum bonis, tum malis eueniunt.

De fortunis præsentis vitæ & non de felicitate
eterna. Atq; hanc sententiam proponi totus con-
textus ostendit. Eadem, inquit, eueniunt iusto &
impi, bono & malo, mundo & immundo, immo-
lanti victimas & sacrificia contemnenti, sicut bono
sic & peccatori, ut periurus ita & ille, qui verum
deierat. Hæc non posse intelligi de premijs vel pœ-
nis externis certissimum est. Nam si, quod ad vi-
tam æternam attinet, eadem omnium erit ratio, si
mul iustus & impius saluabuntur, bonus & malus
hæredes erunt vite æternæ, periurus & seruans
iuramentum æquè placebunt Deo, aut quod ab sit
pius simul & impius damniabuntur, bonus & ma-
lus, mundus & immundus, auditor & contemptor
verbi, periurus & seruans iuramentum, Ea ra-
tione nullum erit discrimen inter pios & impios,
neq; in hac neq; in futura vita. Illam autem opinio-
nem manifestissimè falsam esse tota scriptura
testatur



CONTRÀ DVBÌ. PONTÌ.

testatur & inculcat sedulò, pios post hanc vitam
in aeternam vitam ingressuros, qua ipsis & omni-
bus sanctis angelis preparata est. Impios autem in
aeternas penas abiiciendos esse, ubi erit fletus &
stridor dentium.

Pij in gratia sunt. Impij extra gratiam:

2. Si maxime pij de gratia, dilectione vel fauore
Dei dubitarent, tamen impij de odio DEI dubitare
non possunt. Nam certum est omnes impios esse
extra gratiam Dei. Ideo Paulus toties inculcat.
Qui talia agunt, regnum Dei non pos-
siderebunt. Imo omnes quo ad corruptam naturam
nostram, certissimi sumus, nos odio Dei dignos &
dilectione indignos esse. Non potest igitur intelligi
de casu iustificationis seu de vita eterna, sed de-
bet intelligi de praesenti vita, de casibus & eventu-
bus praesentis vitae. In hac enim vita communis
omnium hominum ratio est, ut non tantum impij
iustissimis & tragicis penas opprimantur, sed et-
iam sanctissimi sepe in tantas calamitates inci-
idunt, ut ab impiissimis aut nihil aut parum differre
videantur. Et recitantur alias cause, quare et-
iam Ecclesiam subiectam velit esse cruci. Felici-
tas igitur & calamitates communes sunt, in hac
vita pij & impij & ex illis externis casibus non
potest iudicari de gratia Dei.

Deinde



DEFENSIO FIDUCIAE

Deinde s^æp^e pi^j florent & ornantur donis
& præmijs à Deo eximijs. Sed econtra s^æp^e etiam
et quidem magis florent impij & omnium re-
rum successu tument.

Quamobrem neq^{ue}; ex his successibus de gra-
tia Dei iudicari potest.

3. Quia igitur eadem in hac vita cueniunt tam
pijs, quam impijs, ut alias aduersitatibus preman-
tur, alias successu rerum florent, non potest neq^{ue}
debet ex illis casibus externis iudicari de voluntate
Dei, vtrum homo sit in gratia vel extra gratiam.
Vnde igitur iudicandum est? non inquam ex im-
certis illis casibus felicitatis & infelicitatis in hac
vita, sed ex verbo DEI.

Illud enim certam proponit consolationem
pijs & certas comminationes & penas impijs, &
inde omnes pi^j sine vlla dubitatione iudicare de-
bent, se vere esse in gratia, se diligi, curari, defendi,
exaudiri à Deo, etiam si omnes creaturæ, cœlum &
terra aduersari videantur, sicut Job inquit: Etiam
si me occiderit, tamen sperabo in eum. Et Christus
ad discipulos inquit: Florabitis & lamentabimini;
mundus autem contra gaudebit.

Et proponit imaginem parturientis. Sed
econtra consolatur eos: Mæror vester vertetur
in gaudium. Videbo vos & gaudebit cor vestrum
& gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Econtra



CONTRA DVBI. PONTI.

Econtra ex verbo omnes impij sine villa du=bitatione certo statuent se esse extra gratiam, se non diligi & exaudiri à Deo, etiamsi incredibili rerum successu intumescent, etiamsi omnes creature ad famulitium eis paratae videantur, sicut de diuite dicitur: Fili recordare, quia recepisti bona tua in vita tua & Lazarus similiter mala. Nunc vero hic consolatur, tu autem cruciaris.

Non igitur præsentis vitæ felicitas, æternæ felicitatis certum argumentum est. Neq; præsentis vitæ infelicitas æternæ infelicitatis indicium, sed contrarium plerunq; sit, ut qui in hac vita felices sunt, in altera crucientur, & qui hic omnibus fortune telis petiti sunt, illic consolationem accipient.

Cum igitur non ex præsentis vitæ circumstantijs de gratia Dei iudicari posse, deducit nos ab his externis casibus ad verbum Dei, quod non ambiguum est, nec dubios nos relinquit, quid de Dei voluntate sentiendum sit, sed certa ostendit & dilectionis & odij fundamenta.

4. Ostendit quis fructus apud impios sequuntur, videlicet quod seducantur, qui oculos in exter=nas tantum felicitates & infelicitates figunt neglecto verbo DEI. Hoc est pessimum, inquit, inter



DEFENSIO FIDUCIAE

omnia, quæ sub sole sunt, unde & corda filiorum
hominum implentur malitia & contemptus in vita
sua & post hæc ad inferos deducuntur.

Impij, inquit, quia vident eadem euenire Dei
cultoribus & contemotoribus, pijs & impijs, im-
plentur malicia, sunt securi, opinantur nullum esse
Deum, qui pietati præmia et impietati poenas redi-
dat & dum in illa securitate viuant & ex uno scé-
lere in aliud prolabuntur, poenis tandem æternis
obruuntur & ad inferos deducuntur. Proponit
igitur impijs hanc comminationem, ne ex incertis
istis præsentis vitæ casibus securi fiant, sed sciant
restare iudicium, in quo æternis supplicijs impij
afficiuntur. Pijs autem proponit consolationem,
ne propterea deficiant à Deo, etiam si propter ali-
quas calamitates videantur à Deo deserti & odio
haberi. Etsi enim externæ aliquæ calamitates obji-
ciantur, tamen nihilominus eos placere Deo. Ideo
inquit: Vade ergo & comedere in læticia panem tu-
um & bibe cum gaudio vnum tuum. Quia Deo
placent opera tua, placent, inquit, Deo ope-
ra tua, non propterea es extra gratiam, etiam si
non succedant omnia ex sententia in hac vita, quasi
dicat, Esto bono animo. Non deficias à pietate, pla-
ces Deo nihilominus, etiam si afflictionibus non
nullis immergaris.

Hanc



CONTRA DUBI. PONTI.

Hanc sententiam contextus exprimit, & est sensus. Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit, hoc est, Non potest homo iudicare ex huius vita casibus, utrum diligatur a Deo, an vero odio habatur. Et additur ratio.

Quia eadem eueniunt pijs & impijs, tam felicitas quam infelicitas communis est utrisque. Neque soli pijs in hac vita, neque semper florent. Nec soli impij, neque semper affliguntur, sed haec in manus Domini sunt, & pro aeterna eius voluntate distribuuntur nunc his, nunc illis. Et totus locus pertinet ad hunc locum communem.

Externa felicitas non certum signum gratiae, & externa infelicitas non est certum signum odij Dei erga nos.

Distinguendum igitur est inter presentem & futuram vitam, inter argumenta, gratiae diuinæ certa & incerta, inter temporalia & emota. Felicitas & infelicitas externa sunt quasi emota quedam & incerta argumenta, ex quibus de gratia Dei certo statui nihil potest. Verbum vero Dei est temporale seu certissimum & infallibile argumentum, ex quo certo colligi potest, qui sint in gratia Dei & qui sint extra gratiam. Omnes autem credentes sunt in gratia. Econtra omnes increduli & impoenitentes sunt extra gratiam.

DEFENSIO FIDUCIAE

Fides vera, quæ nititur firmo fundamento
passione, morte & merito Christi, quæ fundata est
in gratuita Dei misericordia, est certum gratiae
terrena.

Incredulitas, quæ non nititur merito Christi & gratuita Dei misericordia, & quæ proprijs operibus, dignitatibus, præparationibus & dispositionibus confidit, certissimum est abiectionis signum, donec in illa incredulitate et Hypocrisi perseverant homines.

5. Cum igitur dictum de externis euentibus loquatur, non potest esse bona consequentia.

Ex euentibus externis non potest certo statui, utrumquis sit amore vel odio dignus.

Ergo neque ex verbo Dei potest statui. Ergo fides debet esse incerta. Ergo dubitandum est.

Respondeo. Neganda est consequentia & ratio est. Quia est fallacia secundam quid.

Antecedens particulare est & conceditur totum recte intellectum. Ex particulari autem non potest subsumi uniuersale.

Ex una re non potest aliquid certi statui. Ergo ex nulla re potest statui.

Illud autem sequitur.

Ex euentibus externis non potest certo statui, utrum homo amore vel odio dignus sit.

Ergo

CONTRA DVBI. PONTI.

Ergo ex alijs rebus hoc statuendum est.

Si quæratur iam, quæ est igitur res illa, vnde de Dei dilectione & gratia iudicandum est? Respondeatur: Verbum Dei. Illud enim certam proponit doctrinam, quæ est norma fidei & certitudinis nostræ.

Quod si Papistæ vniuersale argumentum proponere possent, quod ex nulla re certitudo haberi posset, haberent quod in propriam perniciem triumpharent, vt si quod tale reperiri posset.

Ex nulla re, neq; ex verbo Dei, neq; ex præsentis vitæ euentibus, neq; ex alia vlla re certitudo colligi potest, utrum homo amore vel odio dignus sit.

Ergo dubitandum est, utrum amore vel odio dignus sit.

Si quam talem enumerationem proferre possent, in qua verbum Dei etiam excluderetur, pateret cum ipsis, tunc eorum asseclis, facilior ad infernum aditus. Sed quia illud dictum, quod præponunt, particulare & non vniuersale est, concurrunt ex contextu coniuncti velint, nolint, permettere, negata vna tantum inquirendæ certitudinis ratione, restare aliam, videlicet, quæ ex verbo Dei petitur. Nescit homo, scilicet, ex euentibus præsentis vitæ, utrum amore vel odio dignus sit, sed in tera alia ratione videlicet ex verbo Dei scit et cer-

DEFENSIO FIDUCIAE

tus esse potest, utrum amore vel odio dignus sit.
Ideo verbum Dei dicitur lucerna pedum nostrorum,
quae nobis viam vitae monstrat. Et in Christo
omnes thesauri sapientiae et scientiae reconditi
sunt. Inde igitur illa sapientia et scientia peten-
da est, que ex rebus humanis, mundanis et exter-
nis haberi non potest. Ob hanc causam Berna-
hardus dicit: Rationem per se et ex eventibus
non posse statuere de amore Dei erga nos, sed si-
dem ex veritate Verbi diuini hoc statuere et
posse et debere.

In eodem libro dicit ex eventibus externis
non posse cognosci, utrum differat anima hominis
et pecude. Et addit rationem. Quia idem est utri-
usque interitus.

Si igitur ex eventibus iudicandum est de cer-
tudine amoris vel odij Dei erga nos, etiam iudican-
dum est ex iisdem de similitudine hominis et pecu-
dis. Sed respondebunt fortasse aliam rem esse
hominis et vitam pecudis etiamque interitus videa-
tur non dissimilis et expressum proponi verbum
de anima humanae immortalitate. Respondeo. Cur
non igitur et gratiae certitudo ex verbo potius,
quam ex casibus externis sumitur?

6. Est fallacia Compositionis et Divisionis.
Etiamque



C O N T R A D V B I . P O N T I .

Etiamsi ille locus tam obscurus esset, ut omnino vera sententia haberri inde non posset, tamen non vergenda erat contra totam scripturam. Nam tota scriptura hoc agit, ut nos reddat de gratia Dei certos & ex alijs illustrioribus locis genuina scripturæ sententia petenda erat. Sed apud Monachos una sententia male intellecta, plus valuit, quam omnes promissiones & consolationes, quæ certissimam credentibus salutem proponunt & maluerunt ex una sententia corrupta dubitatem & perniciem, quam ex vniuersa scriptura, certitudinem & salutem petere. Opponi igitur debent aliæ sententiae ex alijs scripturæ locis, quæ certitudinem & fiduciam exigunt.

7. Coherēt quæ initio huius capitū dicuntur cum illis, quæ in fine præcedentis capitū leguntur. Ideoq; incommode in media sententia distracta sunt caput octauum & nonum. Si igitur coniungantur, quæ coniungenda fuerunt, hinc etiam apparet, minime illam Ecclesiastæ sententiam esse, quam affingunt pontificij. Ita autem in fine capitū octauī dicitur : Et apposui cor meum, ut sciārem sapientiam & intelligerem dissensionem, quæ versatur in terra. Est homo qui diebus & noctibus somnum non capit oculis.

DEFENSIO FIDUCIAE

Et intellexi, quod omnium operum DEI nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ sunt sub sole, & quanto plus laborauerit ad querendum, tanto minus inueniat. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

Postea sequitur in capite nono, omnia hec tractavi in corde meo, ut curiosè intelligerem. Sunt iusti atq; sapientes & opera eorum in manu Dei. Et tamen nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruamur incerta, eo quod vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo &c.

Hæc vtriusq; capitis cohærentia ostendit Ecclesiasten non loqui de iustificationis certitudine, sed de eo, quod omnium operum Dei, quæ sub sole sunt, ratio reddi non possit. Et quod nemo sapiens sit, qui querendo inuestigare possit, immo quanto magis rationem rerum non reuelatarum inuestigare laboret, tanto minus assequatur. Et cum omnium diuinarum ratio reddi non possit, non iudicandum inde esse vtrum quis in gratia vel extra gratiam sit, sed Deo humiliter obediendum & eius sapientiae committendum, quicquid & quomodocunq; nobiscum in externa vita egerit. Interea vero de gratia certos esse oportere



CONTRA DVBI. PONTI.

tire & sciendum, opera renatorum placere Deo,
& boni consulendam quamcunq; tandem fortunam
nobis permiserit. Ideo Gregorius in caput nonum,
lib. 9. cap. 8. dicit. Autoris facta semper indiscussa
veneranda sunt, quia iniusta nequaquam esse pos-
sunt. Rationem quippe de occulto eius consilio
quærere, nihil est aliud, quam contra eius consi-
lum superbire.

Cum ergo factorum causa non depræhendi-
tur, restat ut sub factis illius cum humilitate tacea-
tur. Quia nequaquam sufficit sensus carnis, ut
secreta penetreret Maiestatis. Qui ergo in factis
Dei rationem non videt, infirmitatem suam consi-
derans, cur non videat, rationem videt.

Hæc sententia pulchre cum sententia Eccle-
siastæ conuenit. Ac in aliam sententiam accipi ver-
ba Ecclesiastæ non possunt, nisi totam reliquam
scripturam falsam & suspectam reddere velimus.

s. Inspectiendus quoq; textus Hæbræus est &
videndum quæ ibi sententia exprimatur. Cum enim
dubia offeruntur sententia, nulla potest expedi-
tior monstrari ratio, quam ut fontes inspectiantur
& textus eius linguae consideretur, in qua quid
scriptum est.

Et ipsi pontificiorum Canones id præcipi-
piunt distinctione nona Canone: Ut veterum, quæ

X 5 verba



DEFENSIO FIDUCIAE

Verba ex Augustino citant. Sunt autem alia verba
in Hebreo textu, quam in veterum translatione.
Munsterus ita vertit :

Affixi præterea omne opus Dei, sed nemo
est, qui posset inuenire rationem huius operis, quod
fit sub sole, propter quod homo laborat, ut que-
rat, sed non inuenit, etiam si dixerit sapiens se sci-
re, non tamen inueniet.

Et quidem omnia ista posui in corde meo, ut
discernerem totum istud, quod iusti & sapientes
& serui eorum in manu Dei sunt & nec dilection-
em nec odium cognoscit homo, sed omnia sunt ante
te eos. Omnia euident eis quasi omnibus unus
esset euentus iusto & impio &c.

Et addit Munsterus hanc interpretationem.
Multa Dei opera adeo perplexa & retrusa sunt,
ut nullus homo quantumlibet sapiens, illorum pos-
sit cognoscere rationem : In quibus hoc unum sa-
tis fuerit scire, Deum esse iustum, & iudicia ei-
us esse iusta, etiam si nobis incomprehensibilita-
sint. Vanitas ergo est & præsumptio, talium
velle querere rationem, quæ nobis Deus Maxi-
mus & Optimus occultata esse voluit.

Vuolffgangus Mus : in locis 596. ita ver-

tit :



CONTRA DVBI. PONTI.

tit: Iusti & sapientes & opera eorum in manu
Dei sunt, id est, etiam dilectio, etiam odium. Non
nouit homo omnia ante eos (id est, que ante eos
sunt) Vnicuique, sicut vnicuique euentus unus iusto
& impio, bono & malo, mundo & immundo, sa-
crificanti & non sacrificianti &c. Iuxta He=
breum igitur textum illa non sunt in Ecclesiaste,
que in veteri versione leguntur. Non dicitur,
nesciat homo utrum amore vel odio dignus sit, sed
simpliciter, etiam dilectio, etiam odium scilicet iu-
storum & sapientum, in manu Dei sunt.

Nec illa verba hic reperiuntur: Sed omnia
in futurum feruantur in certa: Verum haec legun-
tur Hakal Liphnehem, id est, omnia ante eos, vel in-
facie eorum.

Deinde nec in Graeco textu illa verba repe-
riuntur, sed haec ponuntur verba.

οἵ σύμπαρ τῷτο ἔβωκα εἰς τὴν καρ-
δίαρ μό, οὐχὶ μαρτία μό σύμπαρ εἴδε τῷτο,
ῶς δι δικαοι οὐχὶ οι σοφοί, οὐχὶ δι εργασίαι δι-
τῷρ ἐν χειρὶ του θεός, κού γε ἀγάπη, οὐχὶ γε
μισθος, νοκ ἐτιμο ἀνθρωπος εἴδως τὰ ωντα
τρέψοσθως διτῷρ, οὐχὶ λοιπός.

Quoniam



DE PENSIO FIDUCIAE

Quoniam totum hoc vniuersum dedi in cor
meum & cor meum vniuersum hoc cognovit, quod
iusti & sapientes & opera eorum in manu Dei,
etiam dilectio etiam odium, non est homo cogno-
scens, omnia ante faciem corum.

Ita nec in Hebreo textu nec in græca ver-
sione hæc reperiuntur.

Non igitur mirum est cur Tridentinum
concilium veterem translationem tantopere vr-
geat.

9. Eandem sententiam etiam Lutherus retinet
in explicatione Epist: ad Galatas cap: 4. Hoc
dictum, inquit, alij de futuro, alij de præsenti odio
Dei accipiunt.

Sed utriq; non intelligunt Salomonem, qui ni-
hil minus dicit hoc loco, quam quod ipse somniant.
Deinde tota scriptura hoc præcipue agit, ne dubite-
mus, sed certò speremus, confidamus, & credamus,
Deum esse misericordem, benignū, patientem, non
mentientem & fallentem, sed fidem & veracem,
qui seruet promissa. Imo qui nunc præstiterit quod
promisit, tradendo vnigenitum filium suum in
mortem, propter peccata nostra, ut omnis qui cre-
dit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.
Ibi certè nullum potest esse dubium, quin Deus sit
placatus,



DEFENSIO FIDUCIAE

placatus, et ex animo nobis fauet, quin ablatum
sit odium ac ira Dei, cum finat pro nobis peccato-
ribus mori filium suum. Quanquam totum Euana-
gelium hoc ubiq; proponat, et crebro inculcat, ni-
hil tamen profuit. Hoc unicum dictum Salomo-
nis, male intellectum, plus valuit, Præsertim apud
deuotarios et seuerioris Religionis Monachos istos,
quam omnes promissiones et consolationes totius
scripturæ, quam Christus ipse. Abusi ergo sunt
scripturis ad suum ipsorum pernicem, et dederunt
iustissimas penas contemptæ scripture et neglecti
Euangelij.

Et Philippus parte 3. folio 1049. in cap. 14.
ad Romanos. Quomodo igitur dictum Salomo-
nis intelligendum est. Nescit homo, an amore vel
odio dignus sit? Respondeo simplicissime. Salomon
non loquitur de iudicio conscientiae erga Deum,
de gratia vel abiectione, sed de euentibus in hac
vita, hos dicit esse incertos, et bonis et malis si-
milia accidere in hac vita. Haec incertitudo offen-
dit Epicureos, ac mouet, ut negent prouidentiam.
Abel est pius, et tamen trucidatur a fratre. Io-
hannes Baptista interficitur, interim tyrannus
fruitur omnibus voluptatibus, et multi impij non
habuerunt Tragicos exitus. Haec argumenta colle-
git Salomon, ut admoneat nos, ne propter hoc
scandalum deficiamus a Deo, ne ve ex euenuibus
iudicemus



DEFENSIO FIDUCIAE

judicemus de voluntate DEI, sed ex verbo. Item
ne p[ro]ij fiant securi, vt exuant timorem DEI, ne
fiducia propriæ iusticie aliquid moueant sine voca-
tione &c.

Et parte 4. folio 197. Alibi s[ecundu]m enarra-
tum est dictum Salomonis, quod impie citant Mo-
nachi ad confirmandam dubitationem : Nemo scit
an amore vel odio dignus sit, quia iustis & iniustis
similia accident, videlicet, in hac vita. Id dictum
simpliciter hoc vult, De voluntate Dei iudican-
dum esse ex verbo ipsius, non ex rebus secundis aut
aduersis, in hac vita. Ahab non existimet se Deo
placere, quia habet florens regnum & est victor.
Nec David existimet se abiectum esse a Deo, quia
est pulsus regno. Sed vterq[ue] ex verbo Dei iudicet.
Prorsus igitur congruit Solomonis sententia no-
biscum, quia deducit nos ad verbum Dei.

Et parte secunda folio 963. cap. 9. In Ec-
clesiasten.

Etsi peregrinis interpretationibus hec pars
textus obscurata est, tamen manifestum est repeti
querelam de hac externa specie, quæ multos mo-
uet, vt negent prouidentiam propter res secundas
malorum & res aduersas iustorum. Salomon au-
tem ideo concionatur de hac externa specie, vt nos
ab ea abducat, ne ex his euentibus iudicemus : sed
firmissim



CONTRA DVBI. PONTI.

firmissima fide amplectamur vocem diuinam, quæ affirmat, quæ facienda sint, & expectandum esse iudicium.

Hæc est simplicissima sententia Salomonis qui expresse damnat hic furores negantum prouidentiam, quia dicit stulticiam esse exitialem illis ipsis, qui propter hæc spectacula seu externam speciem deficiunt a Deo.

Constituta hac simplicissima sententia iam refutanda est interpretatio Monachorum, sparsa in Ecclesiam de hoc dicto: Nemo scit an amore vel odio dignus sit. Monachi non vident hoc dictum admonitionem esse, ne de prouidentia ex rebus secundis aut aduersis iudicetur, sed transferunt dictum ad dubitationem conscientiae querentis de remissione peccatorum, de qua assuerandum est ex voce Euangeli, non ex euentibus. Manifestum est autem Monachos male detorquere hoc dictum ad dubitationem. Quia certe fatendum est, delinquentes contra conscientiam, scire se in odio esse. David rapiens coniugem alterius, scit se factore scelus, cui Deus horribiliter irascitur. Quanquam autem concedunt Monachi, in delictis contra conscientiam sciri iram Dei, tamen postea dicunt de conuersis semper dubitandum esse, An sint in gratia.

Sciendum est autem certissime et hanc imaginationem



CONTRA DVBI. PONTI.

ginationem Monachorum falsam & impium esse deletionem Euangelij. Quia hec est vox externa & immota Euangelij, ut agentes pœnitentiam fide statuant verè sibi remitti peccata, & se recipi in gratiam propter mediatorem, & eluctentur ex dubitotiane, iuxta illud Ephes. 3. Per quem audiemus accedere in fiducia per fidem Christi. Item ad Ebræ. Habentes talem Pontificem, accedamus ad thronum gratiæ cum fiducia.

Ac sciendum est oportere certitudinem in vtraq; parte esse. David rapiens coniugem alterius, sciat certo Deum horribiliter irasci, sicut verissimum est. Et ostenditur hec ira in concione Nathan & tristissimis pœnis. Postea David, auditâ absolute, repugnet dubitationi & statuat se rursus verissimè recipi in gratiam, & assensione & fide se etiam in exilio & summis doloribus sustentet.

Et Iohannes Brentius in cap. 5. Leuitici.

Nam, quod Ecclesiastes dicit: Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, non iubet dubitare de promissionibus & gratia Dei, sed docet, quod ex euentu externo non poscit humana ratione comprehendendi, quis verè sit pius aut Deo acceptus, quis verè sit impius aut à Deo abiectus. Omnibus inquit, unus euentus, iusto & impio, bono & malo, mundo



CONTRA DUBI. PONTI.

mundo & immundo, immolanti uictimas & sacri-
ficia contemnenti.

Quanquam autem iusti & sapientes sint in
manu Dei, ac Deus gubernet, tam ipsos, quam ser-
uos ipsorum, tamen quia tam iustis quam iniustis,
tam sapientibus, quam stultis idem penè euentus
est felicitatis & infelicitatis in hoc seculo, non po-
test ex euentu, qui est stultorum magister, certo
agnosciri, quid de hominis pietate aut impietate sen-
tiendum sit. Si enim dixerimus, hominem ideo
esse pium, quod habeat felicem suarum rerum e-
uentum in hoc seculo, uehementer errabimus,
propterea quod & impii sint in hoc mundo feli-
ces, ac pijs etiam fortunatiores. Rursum, si di-
xerimus hominem ideo esse impium, quod sit in hoc
seculo infelix, condemnabimus piiissimos quoq;
impietatis, propterea quod soleant in hoc mundo
infelices esse. Itaq; non potest de pietate aut impi-
etate hominis ab externo euentu in hoc seculo,
humana ratione iudicari. Hæc est uera sententia
Ecclesiastæ. Sed quid patrocinetur impie do-
ctrina Sophistarum de dubitatione uniuscuiusq;
in conscientia sua, de fauore & gratia Dei?

Etsi enim non possumus de aliorum impietate
aut pietate ex euentu externalium rerum pro hu-
mana sapientia iudicare, tamen possumus & de-
bemus,

DEFENSIO FIDUCIAE

bemis, idq; non ex humana ratione, sed ex uero ipso
Dei, quod est firmissimum, ex promissionibus
Dei, quae sunt uerissime, ex Euangeliu Christi,
quod est certissimum, iudicare, adeoq; certa &
indubitate fide tenere; quod Deus saueat nobis &
complectatur nos summo amore, non quidem pro-
pter nostram iusticiam, que, eis si non est dubitan-
dum, quin & Deo placeat; tamen, quia non est
perfecta, non placemus propter eam Deo, sed tan-
tum propter Iesum Christum Dominum nostrum,
quem per fidem accepimus:

Eadem sententia prolixè recitatur in expli-
catione Brentij in Ecclesiasten cap. 9. & in Muna-
steri commentario in idem caput, sed omisso prolia-
xiorem explicationum commemorationem.

Satis ex his apparet nullo modo hanc Eccle-
siastæ sententiam fuisse. As if de dubitatione in
casu iustificationis intellectum fuerit hoc dictum,
necesse est opponi hoc dictum toti scripture, cum
potius ex toto scripture corpore iudicandum &
declaratio ex illustribus locis sumenda sit. Destru-
ctio autem hoc Pontificiorum fundamento, pre-
cipuum eorum argumentum, in quo maxime con-
fidunt, confutatum est.

Obseruande autem sunt hoc loco quatuor
distinctiones.

ERINUS

1. Distinc-



CONTRA DVBI. PONTI.

i. Distinguendum est inter uerbum Dei certum & immotum et inter casus externos incertos.

Nescit homo, scilicet, ex incertis casibus externis, ex felicitate & infelicitate mundana, quæ & bonis & malis eveniunt. Scire autem potest homo, utrum odio uel amore dignus sit, ex uerbo Dei, quod omnibus pijs certam gratiam promittit & omnibus impijs certam damnationem comminatur.

Secundo. Distinguendum est inter iudicium rationis humanae & inter fidem Christianam.

Nescit homo, scilicet, secundum iudicium rationis humanae. Scire autem potest secundum fidem Christianam. Ratio enim humana intuetur externos & communes uitæ humanae casus & ex illis de odio & amore Dei iudicat. Si cui prospera affirat fortuna, eum à Deo diligere ratio iudicat. Exemplum. Dives ille epulo secundum rationem uidetur à Deo diligere. Econtra, Si cui aduersatur fortuna, cum odio haberi à Deo iudicat ratio. Exemplum. Lazarus. Ratio autem exhibet externis casibus de divinitate & Lazaro iudicantis toto celo errat. Dives enim quantumvis fortunatus, odio habetur à Deo. Mendicus quantumvis infelix, in gratia est apud Deum. Nescit igitur homo secundum iudicium rationis humanae, utrum homo odio uel amore dignus sit.

DEFENSIO FIDUCIAE

Fides autem Christiana non intuetur exter-
nam illam felicitatis & infelicitatis laruum, quæ
facilimè nobis imponit, sed intuetur uerbum Dei,
cor & uoluntatem Dei in uerbo reuelatam & de
amore & odio Dei, seu de gratia & ira Dei iu-
dicat ex uerbo. Ita autem uoluntas Dei in uer-
bo reuelata est, quod omnes pœnitentes & cre-
dentes in Iesum Christum sint in gratia. Quod
certam habeant Remissionem peccatorum propter
mortem Christi, qua pro peccatis satis factum est.

Deinde quod omnes impenitentes & incre-
duli sint extra gratiam Dei. Quod abiciantur
in æternas pœnas, etiamsi in hac uita maximè flo-
reant.

Exemplum.

Fides intuens uerbum Dei iudicat Herodem
esse extra gratiam Dei, etiamsi regnum teneat
& omnibus uoluptatibus perfruatur. Baptistam
autem esse in gratia apud Deum, etiamsi securi
percutiatur.

Alios enim habet oculos Fides, alios Ratio
humana. Scit igitur secundum fidem. Nescit se-
cundum rationem.

Tertio distinguendum est inter legem & Eu-
angelium.

Nescit homo, scilicet, ex lege. Quia pro-
missio

C O N T R A D V B I . P O N T I F I .

mīssio legalis Hypothetica est promittens pre-
stantibus integrām obedientiam. Quia autem
nunquam homo statuere potest, an satis habeat
operum, an plane legem seruarit, nunquam etiam
statuere potest, an sit in gratia. Intuens igitur le-
gēm, propriam dignitatem & dispositionem sem-
per dubitare cogitur.

Scire autem potest ex Euangelio. Quia pro-
missio Euangelica categorica est certam salutem
promittens omnibus credentibus.

Et quia promissio Euangelij nos à nostris ope-
ribus ad misericordiam Dei et ad passionem Chri-
sti dedit, certò statuere possumus misericordi-
am Dei sufficientem esse ad nos iustificandos &
mortem Christi sufficiens Autem op̄ esse pro pecca-
tis nostris,

Ita ex Euangelio scire possumus odio an amo-
re digni simus. Vtrum in gratia uel extra gratiam
simus.

Quarto. Distinguendum est inter traditi-
ones humanas & uerbum Dei. Nescit homo ex
traditionibus humanis. Etiam si enim ad mortem
usque sese maceret homo traditionibus humanis, ta-
men nunquam inde certam consolationem petere
potest, quia traditiones humanae non habent ad-

DEFENSIO FIDUCIAE

ditam promissionem diuinam. Verbum Dei autem proponit certam consolationem.

Summa. Ex uerbo Dei iudicandum est de voluntate Dei et non ex casibus externis, non ex ratione humana, non ex operibus legis, non ex traditionibus humanis.

2. Obiectio.

Ecclesiastici 5.

De propitiatio peccato noli esse securus.

Ergo non certo statuendum est utrum peccata sint remissa.

Hoc argumento utuntur Monachi. Item, Hosius, Andradius, & alij, & multipliciter corrumput dictum. In primis autem ex uocabulis propiciati & securitatis fallacias extruunt, sed respondendum est hoc modo.

Resp. Nego conseq. & ratio est. Primum. Quia est fallacia æquiuocationis in uoce securitatis. Securitas enim & certa fiducia non sunt synonyma. Nec dicit Ecclesiasticus, noli statuere uere poenitenti & in Christum credenti peccata remitti, sed loquitur de securitate impiorum, qui non agentes poenitentiam somniant, nihil minus se uitæ æterne hereditatem consecuturos.

Primum igitur distinguendum est inter fiduciam piorum & securitatem impiorum.

2. Illa



CONTRA DVB. PONTI.

Inter pœnitentes & impœnitentes. Dicimus illud de impenitentibus intelligendum est, quibus non promissa est illa peccatorum remissio, quamdiu in impenitentia perseuerarint. Proposita autem promissio est pœnitentibus, de quibus scriptum est. Agite pœnitentiam et credite Euangelio.

¶ Est fallacia Phrasis. Andradius contendit ex Græco textu probari posse propitiatum intelligentum esse de peccato iam condonato & sententiam esse. Etiam de peccato iam condonato dubitandum esse. Falso autem hoc asserit. Quia in Græco non est participium præteritum, sed nomen uerbale $\tau\omega\pi\eta\lambda\alpha\tau\mu\delta$. Quamobrem sic pertendunt erat: de propitiatione peccatorum nessis securus, & in ueteri translatione legitur: de propiciatu peccatorum, quod idem est. Et est sententia: ne sis securus de propiciatione peccatorum, quasi condonaturus tibi sit Deus peccata, etiam si contra conscientiam, in peccatis atrocibus perseueres & peccata peccatis cumules.

Concionatur Syracides contra carnalem securitatem, quando committuntur atrocia peccata contra conscientiam, & condonatio peccatorum speratur sine ulla pœnitentia. Germani dicunt: Man sol nicht auff gnade sündigen / & Luth. uertit: Sey nicht sicher ob deine Sünde noch nicht gestraffet sind / das du darumb für vnd für sündigen woltest.

N 4

Lst

DEFENSIO FIDUCIAE

4. Est fallacia diuisionis. Quia in textu additur. De propitiatione peccatorum noli esse adeo securus, ut adiicias peccatum super peccatum. Hæc uerba ostendunt de quali securitate loquatur tex-
tus, scilicet ubi homines securè uiuentes & ex pro-
posito contra conscientiam delinquentes, nihil
minus certam sibi peccatorum remissionem polli-
centur. Talibus qui contra conscientiam scelera
cumulant, denegat peccatorum remissionem.

Deinde contextus plurium dictorum in eo-
dem capite conuincit loqui eum tantum de impio-
rum securitate, non de piorum fiducia. Et ne
dicas, peccavi, & quid acerbum mihi accidit? Mi-
seratio domini magna est multitudini peccatorum
meorum propitius erit. Ut enim misericordia: Ita
& ira ab illo cito existit, & in peccatores ira illius
non desinat.

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne dif-
feras de die in diem.

Subito enim erumpet ira illius & in tempore
uindictæ disperget te.

Hec & alia dicta ostendunt hortari eum im-
penitentes, ut relicta impietate tempestiuè con-
uertantur ad Dominum & non cogitent se in pec-
catis contra conscientiam perseverantes peccato-
rum remissionem consecuturos propter sacri-
cia.

Quam-

C O N T R A I D V B I . P O N T I .

Quamobrem hic locus non pugnat, nec tollit fiduciam renatorum, sed securitatem impiorum taxat.

De talibus etiam loquitur Paulus Rom. 3. qui abutentes gratia Dei peccata cumulant, quorum damnatio iusta est; ut Paulus inquit.

3. Obiectio.

Ecclesiast. 7.

Non te iustifices coram Deo.

Ergo dubitandum est de gratia Dei.

Respon. Neganda est consequentia, & ratio est. Quia est fallatio Phrasis,

Dictum non loquitur de iustificationis imputatione, sed de persuasione iusticie propriæ.

Sententia est. Non ostentes iusticiam tuam coram Deo, & sapientiam coram Rege. Quia utrumque odiosum est.

Sicut enim sapientiae inanis gloriatio Regi: ita Deo proprie iusticie ostentatio inuisa est, si- cut apparet in exemplo Pharisæi Luc. 18.

4. Obiectio.

Ier. 17.

Indomitum est cor super omnes res & de- speratum? Quis cognoscet illud?

Ergo cordis humani malicia est inscrutabilis

DEFENSIO FIDUCIAE

Et per consequens, non possumus certò statuere de gratia Dei.

Resp. Primum antecedens concedimus.

Prefractum est cor humanum in rebus secundis et plenum desperatione in rebus aduersis, & inscrutabili malicia secundum suam naturam et ingenitam corruptionem. Et uult Deus hanc cordis nostri maliciam agnoscere et deplovari. Sed inde non sequitur Deo promittenti uitam aeternam non esse credendum.

Ob hanc enim causam gratis uitam aeternam promittit, quia tanta naturae humanae corruptio est, ut proprijs viribus coram Deo consistere non possit.

Falso igitur subsumitur propter cordis ingenitam maliciam Deo non esse fidendum. Et Prophetus ipse aliud coniungit consequens, quod ex eodem textu hoc accommodandum est.

Indomitum est cor super omnes res & despatum.

Ergo. Maledictus qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum & a Domino recedit cor eius.

Quasi diceret, Cum nihil boni sit in hominis natura, non est confidendum in homine uel in ulla hominum viribus, uel nostris uel aliorum, uel spiritualibus uel corporalibus.

Nul-



CONTRA DVBI. PONTI.

Nullam enim fiduciam in hominum uiribus
Deus patitur, siue ea ad corporalia siue ad spiri-
tualia respiciat. Omnem autem fiduciam sibi soli
tanquam debitum honorem uult tribui.

Deinde sicut hominis maliciam ideo exagge-
rat, ut ab homine ad solum Deum abducatur: Ita
econtra commendat fiduciam quæ in solo Deo col-
locatur: Benedictus uir qui confidit in Domi-
no, etc.

Illud igitur consequens ex eodem textu sum-
ptum rectius ad antecedeus superioris argumenti
accommodabitur.

Indomitum cor hominis super omnes res &
desperatum.

Ergo. Benedictus uir, qui confidit in Domino
& est Dominus fiducia eius.

Hæc igitur Prophetæ sententia est. Hominis
natura miserè corrupta & cor prauum est, non
igitur homo confidat in seipso uel in alijs praesidijs
humanis.

Eisti autem cor hominis prauum natura sua
sit, tamen propterea non desperabit, sed confugiat
ad Dominum & in illo confidat. Dominus sit ciuis
fiducia. Ac promittit simul confidentibus in Domi-
no, & quibus Dominus est fiducia, benedictionem.

Quia igitur in eodem capite confidentiam &
fiduciam expresse ponit & benedictionem confi-
dentibus

DEFENSIO FIDUCIAE

dentibus promittit, non uult nos propter naturæ nostræ corruptionem & innatam malitiam de Dei uoluntate dubitare, sed utrumq; postulat & ut cordis nostri imbecillitatem & maliciam agnoscamus & ut simul Deo benedictionem promisenti firma fiducia confidamus.

De nostris igitur uiribus desperandum nobis est. In Dei autem gratia confidendum.

Ita inter obiecta fiduciae distinguendum est. Inter Dei gratiam & nostras uires. Deinde inter attributa utriusq;. Nostris uiribus debetur despectatio. De ijs enim omnino desperandum & nullo modo in ijs confidendum est.

Gratia autem Dei debetur fiducia. In gratia enim Dei confidendum & nullo modo de ea dubitandum est. Tibi Domine iusticia, inquit Daniel, Nobis autem confusio facie.

Cæci aduersarij nostri excerptunt in perniciem suam tantum ea quæ uidentur patrocinari dubitationi, uolenter eò detorquentes dicta scripturæ, quo cunq; modo possunt. Illustria uero dicta in iisdem capitibus coniuncta proximè vel precedentia vel sequentia occlusis malitiōsè oculis præteruolant committentes fallaciam compositionis & diuisionis.

Obseruandum & hoc est.

Sicut

C O N T R A D V B I . P O N T I F I .

Sicut scriptura maliciam cordis humani exag= gerat, & tamen fiduciam in Christum exigit. Ita & exempla proponit eorum, qui firma fiducia gratiae Dei adhæserint non deterriti cordis sui malicia.

Abraham cum homo sit, cor prauum & de- sferatum habet.

Agnoscens autem cordis sui peruersitatem ad Deum confugit, & in eius bonitate confidit.

David agnoscit suum lapsum. Confidit autem gratiae Dei.

Sic Paulus, omnes Prophetæ, & Apostoli, omnes martyres, omnia sua pro stercoribus ha= bent: In Deo autem confidunt.

5. Obiectio.

Psalm. 18.

Delicta quis intelligit?

Ergo nemo intelligit peccatorum multitudi- nem. Et per consequens, nemo potest scire, an cer= tam consequatur peccatorum remissionem.

Respondeo. Neganda est consequentia, & ratio est. Quia est fallacia phrasis & insufficien- tis cause. Etsi enim homo in hac uita nunquam satis peccatorum magnitudinem & multitudinem intelligat, attamen Deus præcipit, ut certò statu- amus omnia peccata nobis uerè credentibus remita- ti &



DEFENSIO FIDUCIAE

ti & nota & ignota. Quia non perfecta peccatorum noticia causa certitudinis est, sed perfecta Dei misericordia & perfectum Christi meritum.

Quamobrem non ad perfectam omnium peccatorum nostrorum cognitionem, sed ad perfectam misericordiam & meritum Christi respiciendum est.

Ex hoc errore peccatorum enumeratio apud Papistas profluxit, quae impia atque superstitiosa de remissione peccatorum opinio, horrenda conscientiarum carnificina fuit.

Deinde est fallacia diuisionis. Quia additur statim: Ab occultis meis munda me, quasi diceret; Etiam si peccatorum multitudinem non intelligam & multa sint occulta mibiique ignota peccata, ab ipsis tamen ut liberes me, suppliciter oro. Docet igitur suo exemplo, non tantum nobis nota & manifesta peccata, sed etiam occulta & nobis ignota peccata simul comprehendenda & deprecanda esse. Ideo uniuersalis particula passim urgetur, ut 1. Iohann. 1. Sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab omni peccato. non dicitur tantum, a peccato mibi noto.

Quamobrem etiamsi peccatorum multitudinem & magnitudinem non intelligamus & multa in hac vita relinquuntur peccata nobis ignota,

iae

CONTRA DVBI. PONTI.

tamen statuere debemus per meritum Christi nos
ab omnibus peccatis certo liberari.

6. Obiectio.

Hiob. 9.

Verebar omnia opera mea , sciens quod non
parceres delinquenti .

Ergo dubitauit Hiob de gratia Dei.

Respondeo . Neganda consequentia , quia
est fallacia phrasis , & aliter habet textus in He=brœo . sic enim habetur : Verebar omnes dolores
meos , sciens quod non innocentem habes me .
Hec prorsus alia est sententia , qua Hiob confite=atur se non esse iustū proprijs uiribus uel operibus,
sed peccatis coram Deo obnoxium esse . Nec du=bitantis sed affirmantis hæc uerba sunt . Non
enim dubitat se peccatorem , & reum coram Deo
ac damnatum esse , sed liberè fatetur se nocentem
esse & consistere coram Deo non posse . Et po=tes=huius dicti explicatio ex eodem capite sumit .
Nam plura in eodem capite dicta eandem senten=tiā comprobant . Si iustificare me uoluerō,
inquit , os meum condemnabit me .

Si innocentem ostendero , prauum me com=probabit .

Si

DEFENSIO Y FIDUCIAE

Si lotus fuero aquis uiuis & mundauero
mundissime manus meas : tamen in foueam intim-
ges me, & abominabuntur me uestimenta mea.

Neg: enim est uir similis mei , ut respondeam
ei & ueniamus simul in iudicium.

Non possum inquit , cum Deo contendere in
iudicio de mea iusticia . Quia coram Deo consi-
stere humana iusticia non potest.

Quid aliud hoc est, quam quod in Psalmis di-
citur ? Non intres in iudicium cum seruo tuo.
Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
uiuens. Psal. 142.

Sequitur: Auferet a me uirgam suam & pa-
nor eius non me terreat.

Et loquar & non timeam eum. &c.
Haec perspicua sunt. Non confidit Hiob suis
operibus. In Dei autem gratia confidit. Desperat
de sua iusticia & confidit in Dei misericordia.
Mea opera uereor. Quia merentur uirgam & non timebo
amplius.

7. Obiectio. 1. Cor. 4.

Nihil mihi conscient sum, sed in hoc non iusti-
ficatus sum.

Ergo



CONTRA DVBI. PONTI.

Ergo non possumus certi esse, an iustificati-
mus.

Respondeo, Concedo totum dextrè et eodem
modo intellectum.

Paulus dicit se non esse sibi male conscientia,
se non peccare contra conscientiam. Etiam si vero
bonam habeat conscientiam, tamen suorum ope-
rum dignitate se nondum esse iustum. Opera enim
nostra non iustificant. Ex nostris igitur operi-
bus non possumus esse certi degradatio. Quod si
intelligatur igitur argumentum de incertitudine
ex nostris operibus concedi potest totum. Si vero
intelligatur de incertitudine gratiae diuinae & me-
riti Christi, falsissimum est.

Illa enim Pauli sententia est : ex nostris operi-
bus nos non iustificari, etiam si summo studio cun-
mus peccata. Illud enim studium inchoata tantum
obedientia est, quæ Deo placet quidem in fide, sed
nondum est perfecta impletio, quæ gratiam Dei
mereatur. Ac cum nostra opera non sint perfecta
impletio, ad perfectum Christi meritum confugien-
dum & in eo confidendum est.

Ex eodem capite allegatur dictum. Nolite
iudicare ante tempus, sed non pugnat illud dictum
cum fiducia in Christum. Quoniam enim de du-
bitatione



DEFENSIO FIDUCIAE

Dubitazione Pauli intelligi potest, cum alibi dicatur
tam se certum esse, ut à nulla creatura se autelli pāse
farius sit.

8. Obiectio.

Luc. 17.

Omnia cum feceritis, dicitе servi inutiles su-
mus.

Ergo.

Respondeo, Hoc dicto sicut & alijs multis
tollitur fiducia non in Christum, sed in opera hu-
mana, propterea quod nostra opera non sunt mé-
ritoria vitæ aeternæ, quantumvis splendida sint.
Etiam si multa fecerimus, tamen in hac natnre cor-
ruptionē servi inutiles sumus.

9. Obiectio.

Leuit. 5.

In oblatione pro peccato non ponebatur
oleum, quo significatur, misericordia Dei, nec thus,
quo significatur diuina acceptatio.

Ergo peccator non debet se ipsum asscura-
re, quod peccatum sit sibi dimissum, vel munus suum
Deo acceptum, sed debet semper timere.

Recitat Brentius cap. 5. In Leuiticum fol.
35. & respondet hoc modo.

Docent & alijs dubitationem de diuina
clementia & allegant illud Ecclesiastæ: Nescit
homo



CONTRA DVBI. PONTI.

homo, utrum amore an odio dignus sit. Hæc do=
ctrina de dubitatione manifestè pugnat cum man= =
dato Dei de fide, & euertit veritatem omnium
diuinarum promissionum, adeoque totius Euange= =
lij de Christo. Nihil enim verius est diuinitis pro= =
missionibus, nihil certius est Euangelio Christi,
quod perspicue docet, Dominum Deum nostrum
reconciliatum esse nobis propter Christum, ac sum= =
mo nos amore & gratia propter ipsum comple= =
ti. Sicut per unius delictum, inquit Paulus, pro= =
pagatum est malum in omnes homines ad condem= =
nationem, ita & per unius iustificationem propa= =
gatur bonum in omnes homines ad iustificationem
vitæ. Et iterum: Certus sermo, & dignus, quens
modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus
venit in mundum, ut peccatores saluos faceret. Et
quia Euangelo Christi nihil est certius, nihil fir= =
mius, ideo exigitur fides. Respicite, inquit, & cre= =
dite Euangelio. Nihil autem magis pugnat cum
fide quam dubitatio. Quanto enim maior du= =
bitatio, tanto minor & imbecillior est fides. Quas
re qui docent dubitandum esse de favore, gratia
& amore Dei erga nos, hi manifestè docent, non
esse firmiter credendum Euangelio, & diuinæ
promissiones esse incertas, qua doctrina quid pos= =
test magis impium, & horribilium cogitari?

DEFENSIO FIDUCIAE

10. Obiectio.

Scriptum est. Qui perseverarit usq; ad finem saluus erit.

Ergo salus incerta est.

Item Deus operatur velle & perficere.

Ergo in Deo positum est & non in nobis & per consequens non possumus nos certo statuere de salute nostra.

Item qui se existimat stare, videat ne cadat.
1. Corinth. 10.

Item Phil. 2. Cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, vigilijs &c.

Item in spem gloriae & nondum in gloriam vocati sumus.

Item Si secundum carnem vixeritis moriemini, &c.

Ergo adhuc incerta est salus.

Hec dicta coaceruantur sessione. 6. cap. 13. & ex his similiter dubitatio colligitur.

Respondeo, Nego consequentiam & ratio, Quia est fallacia Phrasis. Non enim his dictis mandatur dubitatio, sed prohibetur carnalis securitas, ne videlicet persuasione certitudinis de salute, in carnalem quandam securitatem prolabantur, viciosis affectibus indulgeant & peccata contra conscientiam admittant, per quae fides amittitur et Spiritus sanctus excutitur. Non possunt enim simul



CONTRA DVBI. PONTI.

mul existere fides & mala conscientia. ideoq; nemo sibi persuadere debet, se certo vitæ æternæ heretum futurum, nisi etiam seriam agat poenitentiam & carnales affectus frenet, ne quid contra conscientiam committat, quo Deus offendatur & gratiam subtrahat.

Præterea hortantur hæ sententia ad perpetuam luctam spiritus & carnis, proponunt etiam ob oculos nostram infirmitatem, ut in timore Dei viuamus & fiducia donorum non insolescamus, ne ue insolentia quadam in atrocia peccata dilabamur, sed vt semper in timore Dei, fide, misericordie Dei adhærentes, ardentibus suspirijs à Deo petamus, vt nos vsq; ad extreum vitæ halitum in vera fide conseruat, &c.

Non igitur dubitationem docent, sed hortantur ad timorem Dei, ad vitandam securitatem, ad ardenter inuocationem, ad vitandam impunitentiam & peccata atrocias, quæ committuntur contra conscientiam, quæ fidem & spiritum sanctum excutiunt.

Deinde opponenda sunt sententiae, quæ certitudinem exprimunt.

Philip. 1. Qui cœpit in vobis, perficiet vsq; in diem Iesu Christi. Vocati enim sumus ad confirmationem Christi sempiternum. Non vt mox iterum abijciat, quos sibi adiunxit.



DEFENSIO FIDUCIAE

David. Non confundar in æternum.

Iohannes. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quia
habetis vitam eternam. Scimus cum apparuerit,
quod similes ei erimus.

Rom. 8. Quis separabit? Certus sum enim
quod nec presentia, nec futura nos separabunt.

Hæc & alia dicta, quæ supra recitata sunt,
ostendunt requiri certitudinem.

II. Obiectio.

Acto. 5. Petrus dicit: Pœnitentiam age. Si
forte remittatur iniquitas peccati tui.

Ergo Petrus non certo affirms peccata
remissum iri.

Respondeo, Neganda est consequentia &
ratio est. Quia est & hic fallacia phrasis. Di-
ctum enim non de dubitatione intelligendum est,
sed de incertitudine fidei Simonis magi, qui non ve-
rè credebat, sed fidem simulabat. Ac distingue-
dum est inter veram & Hypocriticam pœnitentia-
m. Vbi vera pœnitentia est, ibi & vera ini-
quitatis



CONTRA DVBI. PONTI.

guitatis remissio. Vbi Hypocrita poenitentia est,
ibi nulla est iniuriantis remissio.

2. Non debet hoc dictum detorqueri contra re-
liquam scripturam, quæ certam poenitentibus pec-
catorum remissionem proponit.

Et Petrus ipse alibi satis illustri ponit dicta,
ex quibus huius dicti explicatio sumi potest, ut Act.
4. vbi Petrus dicit. Nec enim aliud est nomen
sub coelo datum inter homines, in quo oporteat nos
saluos fieri. Acto. 10. Huic omnes Prophetæ
testimonium perhibent, quod remissionem peccato-
rum accepturus sit per nomen eius, quisquis cre-
diderit in eum. Et Acto. 15. Per gratiam Domini
nostrí Iesu Christi credimus nos saluos futuros,
quemadmodum & illi.

3. Fallacia compositionis & diuisionis com-
mittitur, quando scriptura ita dilaceratur, ut ex
toto corpore una sententia excerptatur & contra
reliquam scripturam perperam vrgatur.

4. Sic & Ambrosius interpretatur: dicit
Petrum hac phrasí riti, Quia Simon magus non
ex fide credebat, sed dolum cogitabat. Ego

Z 4 inquit.

DEFENSIO FIDUCIAE

inquit, nec Petrum dubitasse dico. Nec verbi vnius
præiudicio totam causam strangulandam arbi-
tror. Nam et Christus dicit Iohannis octauo, si
me sciretis, forsitan et patrem meum sciretis, et
ibidem: Nec poterat Petrus dubitare de Christi
munere, qui sibi soluendorum peccatorum dederat
potestatem.

12. Obiectio.

Math. 8. Leprosus.

Domine, si vis, potes me mundare.

Ergo leprosus dubitabat.

Reffondeo, Neganda est consequentia et
ratio est. Quia est fallacia phrasis. Nec dubitantis,
sed credentis verba sunt. Et subiect se voluntati
diuinæ, sicut voluntatem suam in promissio-
bus corporalium bonorum patefecit. Promisit
Deus potentibus bona spiritualia, categoricam
exauditionem. Ideo non petimus: Domine: si vis,
remitte mihi peccata mea. Sed Domine remitte mi-
hi peccata mea. Quia certam exauditionem po-
nitentibus et credentibus promisisti.

Econtra potentibus bona corporalia pro-
misit Deus exauditionem hypotheticam. Ac bona
corporalia in tantum nobis pollicetur, in quantum
ea ad Dei gloriam et ad nostram salutem profundunt.
Cum vero petitiones nostræ aduersantur Dei glo-
ria

CONTRA DVBI. PONTI.

rie & nostræ saluti, sicut saepè stulti petimus magis obfutura, quam profutura, hic Deus non secundum nostram stulticiam, sed secundum suam sapientiam exauditionem promittit. Sapientie igitur diuinæ committenda & Hypothetice corporalia petenda sunt. Ac cum leprosus mundationem ita petat & sic se liberari posse credat, sicut in hoc casu Deus suam voluntatem reuelauit, non hæc dubitandis, sed credentis oratio est. Tribuit Christo facultatem & omnipotentiam. Credit Christum posse lepram mundare. Secundo de voluntate etiam eius non dubitat & statuit eum velle lepram mundare, si ad Dei gloriam & suam salutem pro futurum sit.

Huc pertinet distinctio bonorum spirituum & corporalium. Spiritualia sine conditio ne. Corporalia cum conditione petenda sunt.

13. Obiectio.

Esiae 49.

Quis consiliarius eius fuit?

Ergo nemo scit voluntatem Dei.

Respondeo, Neganda est consequentia & ratio est. Quia est fallacia phrasis. In hoc enim dicto non negatur sciri voluntatem Dei reuelatam posse, sed est commendatio sapientie diuinæ, quam tantam esse affirmat, ut omnium hominum cap-

Z 5 tum

DEFENSIO FIDUCIAE

tum supereret. Econtra est extenuatio sapientia
humanæ, quæ collata ad sapientiam diuinam, nihil
nisi mera stulticia est. Et cum infinita sit Dei sapi-
entia, immensa autem hominum stulticia, negat ho-
minum tantam esse sapientiam, ut Deo consilium
communicare possit nec Deum tam consilij inopem,
ut à stultis hominibus consilium petere cogatur.
Quærerit igitur Propheta, quis tantæ fuerit sapien-
tia, qui D E O, qui infinitæ est sapientiæ, consilia
communicare potuerit, quasi dicat. Nemo est tan-
tae sapientie. Deus omnium sapientissimus est,
Deus non indiget creaturarum consilijs. Per se
enim sapientissimus Deus, quæ facienda sint, no-
uit. Hoc dicto Dei sapientiam extollit & huma-
nam stulticiam deprimit.

2. Cum igitur Propheta hoc velit, Deum sapi-
entissimum esse, qui hominum consilijs non indi-
get, distinguendum est inter consilium datum &
acceptum. Negat homines consilia Deo dare posse.
Non autem negat homines à Deo accipere con-
silia, cum de præsenti, tum de futura vita.

Homo non dat Deo consilia, sed accipit.
Deus autem non accipit ab hominibus consilia,
sed dat eis. Quia in verbo reuelat sua consilia
captum humanæ rationis superantia, quomodo &
eterna



CONTRA DVBI, PONTI.

eterna vita impeiranda, & quomodo præsens vita
instituenda sit.

Sententia igitur est. Quis consiliarius
eius fuit? hoc est, Quis consilia Deo sapientissimo
quasi consiliorum inopi communicavit? Resolua=
tur interrogatio in simplicem propositionem: Ne=
mo Deo consilia communicavit. Quia sapientissi=
mus est & consilijs nostris non indiget.

Hinc non sequitur.

Nos miseri homines stulti & consiliorum
inopes, Deo sapientissimo consilia communicare
non possumus.

Ergo Deus etiam sua consilia, par pari re=
ferens, nobis non communicat.

Item, Deus non accepit a nobis consilia.

Ergo neq; dat nobis sua consilia.

Nemo non videt, quam inepta hec sit aduersari=
orum consequentia, qui ex hoc dicto extruunt,
nos Dei voluntatem ignorare, cum hoc tantum di=
catur nos non esse tantæ sapientie, ut sapientissi=
mum Deum docere, instituere & consilijs nostris
iuuare possumus. Idem est ac si dicam,

Lazarus

DEPENSIO FIDUCIAE

Lazarus pauperrimus tantæ inopie est, vt
nec teruncium diuini alicui donare posse.

Ergo nec à diuitæ aliquo pio & liberali te-
runcium accipere potest.

Aliud est dare, aliud accipere.

Alias & sic argumentabimur.

Nos non possumus Deo dare vitam æter-
nam.

Ergo nec accipere possumus.

In infinitum est discrimen inter Deum & ho-
minem. Sic inter datum & acceptum.

Aliud.

Nemo fuit consiliarius Dei.

Ergo nec Deus est noster consiliarius.

Ezaias hunc ipsum titulum Christo tribuit
cap. 9. Nobis autem adimit cap. 40.

Ideo autem nobis adimit, quia natura stulti-
sumus in omnibus spiritualibus sicut scriptum est:
Animalis homo non intelligit & non potest intelli-
gere. Christo autem merito tribuit, quia ipse ex
sinu æterni patris adserit nobis sapientiam illam
seu consilium & decretum totius trinitatis de re-
demptione generis humani. Quid igitur obstat,
quo minus naturaliter stulti per Dei gratiam sa-
pientes efficiantur, filio Dei decretum Trinitatis
nobis revelante, & spiritu sancto in nobis nouam
lucem accendente, fidemq; operante? Filius igitur

Dei

CONTRA DVBI. PONTI.

Dei reuelat nobis Dei consilia tanquam consilia
nus sacro sanctæ Trinitatis, qui tanquam eternus
et summus sacerdos ingreditur sanctum sancto-
rum, conscius omnium consiliorum sanctæ Trini-
tatis.

Nos autem cum gratiarum actione consilia
trinitatis per filium reuelata accipere et ardentia-
bus gemitibus à Deo petere debemus, ut hanc lu-
cem sapientiae sue in Ecclesia vera accensam con-
seruare clementer inter nos et posteros nostros
velit.

3. Distinguendum est inter consilia Dei arcana
na et reuelata.

Quædam sunt arcana Dei consilia, que nec
manifestata, nec a nobis scrutanda sunt. Alia au-
tem sunt manifestata. Atq; ea quæ manifestata
sunt, scrutari non tantum licitum est, sed etiam se-
uerissimo Christi præcepto iubemur: scrutamini
scripturas, inquit, Quia testificantur de me.

Duplex autem reuelatio est, videlicet legis
et Euangelij.

Ex lege cognoscimus nos miseris peccato-
res esse. Ex Euangelio: nos à peccato liberari
et vitam eternam credentibus gratis donari.

De his reuelatis Dei consilijs, si quis dubita
ueritatem, an videlicet vere peccatores simus, et an
vere



DEFENSIO FIDUCIAE

verè per meritum Christi à peccatis liberemur, ve-
raq; fide gratiæ diuinæ participes fiamus, quid
aliud agit, quam quod Deum mendacij arguit?

Deus dicit: Tu es peccator. Idq; ex lege
mea cognosces. Si dicas: Ego dubito, fortasse non
sum peccator. Fortasse mea opera liberant me à
peccato. An non hoc est Deum arguere mendacij?

Deinde Deus dicit: Crède in filium meum
unigenitum & habebis vitam æternam. Eris li-
ber à peccato, à maledictione legis, à potestate Sa-
thanae. Idq; ex Euangelio meo cognosces. Si respon-
deas, Ego dubito. Non possum credere hanc tuā
am esse sententiam. Quare dubitas? Quia Esaias
inquit: Consiliarius eius quis fuit?

Ego consiliarius tuus non sum. Ergo vo-
luntatem tuam certò scire non possum.

Hinc appetet & calumniosam & blasphem-
am dicti prophetici interpretationem adserri ab
aduersarijs.

4. Inuerti potest argumentum,
Nemo fuit Dei consiliarius.

Ergo ipse fuit noster consiliarius.

Vtraq; propositio in Esaiā exprimitur.
Antecedens ponitur cap. 40.

Consequens capite 9. Vbi Christus dicitur:
Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater æter-
nitatis, princeps pacis.

Sed



CONTRÀ DVBI. PONTÌ.

Sed desino recitare plura dicta aduersariorum calumnijs deprauata. Ex his enim utcunq; animaduerti potest, quomodo aduersarij dicta scripture citent, quibus dubitationis portentū stabili re conantur. Sed non est mirum, scripta quedam ad stabiliendam dubitationem ab ipsis perperam detorqueri, cum totam scripturam dubiam esse affirmare non vereantur.

Ita Petrus d' Soto scribit: sit nobis hoc certissime constitutum, scripturam dubiam esse. Item falso dicitur a nouitatum amatoribus solam scripturam sacram, quæ spiritus sancti oraculum est, regulam esse certissimam omnium, quæ ad religionem pertinent.

Et alij scripturam dicunt materiam litis. Ita tota scriptura cum dubia ipsis videatur, mirum nemini videri debet, si in dubium vocant, quicquid in scriptura proponitur. Sicut autem toti scripturæ & saluberrimis scripturæ dictis veritatem & certitudinem derogant: Ita impudentissimis suis mendacijs sub anathemate certo credi præcipiunt.

V.

Quintus fons obiectionum vel ex insufficienti autoritate vel ex depra-
natione dictorum, quæ in patri-
bus reperiuntur:

Post



DEFENSIO FIDUCIAE

Post dicta scripturae, aliquot, etiam patrum
dicta executienda sunt, quae pro defendenda dubita-
tione proferuntur.

I.

Cyprianus dicit: Nemo sic sibi blandiatur,
de puro & immaculato corde, ut innocentia sua
fretus, medicinam non putet esse adhibendam vul-
neribus, cum scriptum sit: Quis gloriabitur mun-
dum se esse à peccato? Ergo dubitandum est de
gratia.

Respondeo, Primum: patrum autoritas in-
sufficiens est ad euertendam scripturam, si quam
maxime proferrent sententiam, quae contra scrip-
turam probaret dubitationem.

2. Non potest hoc dictum patrocinari Ponti-
ficijs. Non enim docet de gratia Dei dubitandum
esse, sed monet de natura humanae imbecillitate &
de operum humanarum imperfectione. Neminem
tam esse innocentem, ut omnino nullis peccatis sit
obnoxius. In omnibus hominibus esse veteris fer-
pentis morsus & vulnera, quibus mederi nemo
alius poscit, praeter unicum animarum nostrarum
medicum Christum Iesum.

Sententia igitur dicti hæc est.
Omnes homines sunt peccatores.
Nemo est sine peccato.

Et



CONTRA DVBI. PONTI.

Et cum omnes sint peccatores, omnes egent medico, qui uulnera obligat, ut in uiatore uulnera describitur. Non uult nos dubitare de gratia, sed uult nos esse certos, quod uerè simus peccatores. Deinde quod medico egeamus. Preterea quod certa sanitas à Christo medico accipiatur. Male igitur hoc dictum ad stabilendam dubitationem detorquetur.

2.

Hieronymus dicit: Quod nobis interdum mundum uidetur, Dei oculis sordidum depræhenditur.

Ergo dubitandum est de salute.

Respondeo. Eadem est sententia. Opera nostra omnia, quæ etiam optima creduntur, non sunt perfecta & sine omni labe. Quamobrem non est fidendum operibus nostris imperfectis & miserè peccato contaminatis, sed perfectissimo Christi merito, quod sine ulla labe est.

Non ergo dubitationem, sed nostrorum operum imperfectionem hæc dicta docent.

3.

Ambroſius dicit. Penitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Non dico damna=bitur, sed nec liberabitur dico. Non præsumo, non promitto, prorsus nescio de Dei uoluntate. Aut

A 4 igno-



DEFENSIO FIDUCIAE

ignoscetur aut non ignoscetur, quid horum tibi
futurum sit, nescio.

Ergo Ambrosius sentit dubitandum esse.

Respondeo. Quæ patrum sit Authoritas sci-
endum est. Ea autem eorum est authoritas, ut au-
diendi sint in ijs, quæ cum uerbo Dei consentiunt:
Quæ autem non consentiunt, in ijs nullo modo
sunt audiendi. Ideo Hieronymus super Matth.
cap. 32. dicit: Quod de scripturis non habet au-
thoritatem, eadem facilitate contemnitur; quæ
probatur.

Pugnat autem hæc sententia, quæ Ambro-
sio tribuitur, cum uerbo Dei: Quamobrem nullo
modo recipienda est.

2. Non tantum cum uerbo Dei, sed etiam cum
ipso Ambroso pugnat. Nam alibi aliter loquitur,
ubi dubitationem oppugnat sicut supra in falla:
Phrasis argumento quinto ostensum est. Nec
dubium est, quin hæc Ambrosij scriptis malitiose
interposita sint ab alijs sicut multa improbè in Pa-
tribus corrupta sunt.

V.I.

Sextus Fons Obiectionum:
Fallacia accidentis.

i. Multi

CONTRA DVBI. PONTI.

I.

Multi abutuntur doctrina de certitudine sa-
lutis ad securitatem.

Ergo non docendi sunt homines salutem esse
certam, sed docendi sunt dubitandum esse, ne se-
curi fiant. Hoc argumentum.

Respondeo. Neganda est consequentia, &
ratio est. Quia est fallacia accidentis. Doctrina
Euangelij de certitudine remissionis peccatorum
per se saluberrima & consolationum plenissima
est. Nulla enim efficacior consolatio consci-
entiae afflictis proponi potest, quam promissionum
uniuersalitas & salutis certitudo. Et haec do-
ctrina non aliter in uerbo proponitur, quamobrem
nullam ob causam aliter tradenda est.

Quod uero haec doctrina Epicurei abutun-
tur, id per accidens fit, nec culpa Euangeli sed
Diaboli impellentis & hominum obsequentium
culpa est. Nec traditur haec doctrina propter
Epicureos, sed propter conscientias ira Dei &
peccati magnitudine perterrefactas, ne in despe-
rationem ruant. Epicureis econtra proponuntur
conclaves legis de ira Dei, de maledictione legis,
de eterna damnatione, ut Paulus inquit: Qui
talia agunt, regnum Dei non possidebunt.

Aa 2 Distin-

DEFENSIO . FIDUCIAE

Distinguendum igitur est inter per se & per accidens. Doctrina hec per se bona est, Per accidens fit mala , sicut omnes bona creaturae propter abusum malae fieri possunt. Vinum bona creatura est. Abusus uini malus est. Doctrina remissio peccat. bona est. Abusus huius doctrinæ malus est.

Et regula est: Abusus non tollit substantiam rei. Et propter abusum non est mutandum doctrinæ genus. Sed doctrinæ genus retinendum & abusus tollendus est.

Deinde ob hanc causam, ne uidelicet saluberrima hec doctrina abutantur homines ad securitatem , crebræ coniungendæ sunt admonitiones , de timore Dei, de ardenti invocatione , de perpetua carnis & spiritus pugna , de coherence carnis petulantia, de pœnis securitatis etc. Ac discrimen inculcandum est, inter pœnitentes & impœnitentes , inter conscientias perterrefactas & securas , inter timentes Deum & contemptores Dei.

2.

Fiducia apud Hæreticos & Schismaticos post esse uana, & ab omni pietate remota.

Ergo. Fiducia non est docenda.

Ponitur sessio. 6. cap. 9.

Respondeo. Est fallacia accidentis. Fiducia per se bona est. sed pro diuerso respectu mala est.

Ordi-

C O N T R A D V B I . P O N T I F I .

Ordinata fiducia bona est. Inordinata mala est.
Piorum fiducia ordinata & diuinitus mandata est,
Ideoq; bona est. Hæreticorum fiducia inordi-
nata & diuinitus prohibita est. Ideoq; mala est.

Hoc queritur, an illa fiducia impia sit, quæ
in Christum collocatur, qua homo peccator iuxta
scripturā et iuxta mandatum Christi statuit, certò
sibi remitti peccata sua propter passionem, mor-
tem & meritum Christi. Non queritur; an hære-
ticorum & schismaticorum persuasio contra uer-
bum Dei impia sit. Constanter enim affirmamus
persuasionem Hæreticorum & Schismaticorum
pugnantem cum expresso Dei uerbo impiam &
execrabilem esse, & damnamus omnem persuasio-
nem & confidentiam in quamcunq; rem, quæ
Deus non est, & ad quam se Deus non alliga-
uit.

Exempla impie huius persuasionis infinita
sunt in Papatu.

Monachi fiduciam habent in uita Monasti-
ca, cucullis, rasura capitī, in obseruationibus re-
gularum Monasticarum, in horis canonicis, in ie-
conijs, & in alijs suis operibus.

Hæc fiducia, quia cum uerbo Dei pugnat, im-
pia & hæretica est.

DEFENSIO FIDUCIAE

Sic indulgentijs confidere impium est. Impium est & peregrinationibus & missis & sanctorum intercessionibus confidere. Impium enim & hereticum est, quicquid cum Dei uerbo pergnat.

Et quia à uerbi diuini ueritate deficientes totos sese Diaboli mendacijs deuouerunt, uana corum est fiducia, nisi penitentiam agentes, abiectionis superstitutionibus, ad gremium uerae Ecclesie, quae in fundamento Prophetarum & Apostolorum extructa est, reuersi fuerint.

Hæc perspicua sunt. Fiducia duplex est. Heretica & Orthodoxa. Schismaticorum & Ecclesiæ membrorum. Hæreticorum & Schismatiscorum fiducia pugnans cum uerbo Dei, cum uana sit, docenda nullo modo est.

Orthodoxa fiducia, quæ ab Ecclesiæ ueris & uiuis membris defenditur, consentiens cum uerbo Dei, omnino docenda est & dubitatio opposita firmis rationibus euersa explodenda est.

3. Obiectio.

Naturalia sunt immutabilia.

Dubitatio de gratia est naturalis.

Ergo est immutabilis.

Resp. Neg. cons. & ratio. Quia distinguendum est inter per se & per accidens.

Natu-

CONTRA DUBI. PONTI.

Naturalia per se sunt immutabilia.

Dubitatio autem naturalis est per accidens. Quia dubitatio non est creata in natura, sed accessit per accidens post creationem, post lapsum primorum parentum. Non igitur dubitatio naturalis per se, sed per accidens est. Nec in natura integra per se fuit, sed per peccatum in naturam corruptam irrepsit. Sicut igitur non per se naturalis, ita nec immutabilis est.

Mutabilis autem est dubitatio illa in corrupta natura, quia commutari potest in fidem. spiritus sanctus enim per uerbum offerens promissionem gratiae, propulsat dubitationem ex animis credentium & accedit fiduciam mediatoris, eripit ex desperatione, quæ ex peccato & ira Dei contra peccatum oritur, & accedit consolacionem, quæ gratiam Dei & meritum Christi intutitur, sicut in exemplo Adæ conspicitur. Is enim initio agnitione peccati & iræ Dei terretur, & ad desperationem adactus fuisset, nisi consolacione promissionis ex terroribus conscientia creptus fuisset.

Ita in Adamo dubitatio est post lapsum.

Ea autem mutatur promissione mediatoris. Hac promissione se sustentans non dubitat amplius, sed certo statuit se in gratiam à Deo receptum esse.



Septimus Fons Argumentorum
Pontificiorum.

Fallacia secundum Quid.

1. Obiectio.

Fiducia Hæreticorum uana est.

Ergo omnis fiducia uana est

Sess. 6. cap. 9.

Respondeo. Est fallacia secundum Quid.
Antecedens particulare est. Neq; sequitur inde
omnem fiduciam & Christianam quidem fiduciam
esse uanam. Et absurdum est propter Hæretico-
rum fiduciam, etiam ueram & Christianam fidu-
ciam damnare. sed de hoc arguento supra di-
ctum est.

2. Obiectio.

Spes fallere potest.

Ergo incerta est spes, & per consequens du-
bitandum est de gratia.

Respondeo. Neganda est consequentia, &
ratio est. Quia est fallacia secundum Quid. An-
tecedens particulare est.

Aliqua

CONTRA DVBI. PONTIFI.

Aliqua spes fallere potest, sed non omnis spes,
falsa, vel Philosophica, vel politica, vel que spe=
rat mundana, fallere potest. Spes uero sanctorum
non fallit.

Distinguendum igitur est inter spem piorum
& impiorum, ueram & falsam, quod quidem di-
scrimen in permultis scripturæ locis diligenter
inculcatur.

Testimonia.

Iob. 8. Spes hypocritæ peribit. cap. 11. Spes
illorum abominatio.

Proverb. 10. Spes impiorum peribit.

Sap. 5. Spes impij tanquam lanugo est quæ
à uento tollitur & tanquam pruina gracilis, quæ
à procella dispergitur & tanquam, qui à uento
diffusus est, & tanquam hospitis unius diei præ=
tereuntis. Iusti autem in perpetuum uiuent, &c.

Causa additur. Esa. 28. Posuimus mendaci=
um spem nostram. De spe autem piorum Rom.
5. dicitur. Spes non confundit. Rom. 4. Con=
tra spem in spem credere.

Psal. 61. Spes mea in Deo est.

Esa. 30. In spe erit fortitudo uestra.

A 4 S 3. Ob=



3. Obiectio.

Peccatum est in uoluntate.

Dubitatio non est in uoluntate.

Ergo non est peccatum.

Respondeo. Est fallacia secundum Quid.
 Aliquod peccatum est in uoluntate. Maior intel-
 ligitur de peccato actuali, quod à uoluntate profi-
 ciscitur, alias non sola uoluntas subiectum peccati
 est, sed totus homo, internus & externus, anima
 & corpus & omnes partes animae & corporis.
 Quia in omnibus potentijs, in omnibus membris,
 & in omnibus guttis sanguinis peccatum hæret.
 Nec tantum actiones malæ, que à uoluntate ga-
 bernantur, peccata sunt, sed etiam defectus &
 inclinationes pravae.

Defectus autem non tantum in uoluntate,
 sed etiam in mente seu in potentia intelligente &
 reliquo toto homine existunt.

Ita ignorantia Dei defectus est noticie Dei,
 in mente hominis. Illa autem ignorantia Dei in
 mente horrendum est peccatum. Sic defectus in
 reliquis hominis partibus.

Ita maior particularis est & tantum de una
 specie peccati intelligitur.

Eftq;



CONTRA DUBI. PONTI.

Estq; insufficiens specierum enumeratio in maiore. Ideoq; particularis est. Aliquod peccatum vel aliqua peccati species est in uoluntate, uidelicet, peccatum actuale. Et tamen non solum actuale peccatum, sed etiam defectus sunt in uoluntate.

Non igitur recte dicitur: Omne peccatum est tantum in uoluntate. Quia in omnibus hominis partibus interioribus & exterioribus sunt peccata & peccatorum etiam poenae, sicut quotidiana testatur experientia. Et falsa est propositio tautum in uoluntate sunt peccata. sic & altera falsa est. In mente nulla sunt peccata. Nec recte colligitur, si dicatur.

In mente nulla sunt peccata.

Dubitatio est in mente.

Ergo dubitatio non est peccatum.

Maior enim falsa est. Quia in mente sunt omnium maxima peccata, ut ignorantia Dei, quæ scaturigo est infinitorum scelerum.

4. Obiectio.

Applicatio promissionis est incerta.

Ergo dubitandum est.

Sessio. 6. cap. 2.

Res



DEFENSIO FIDUCIAE

Respondeo. Neganda est consequentia, ex ratio. Quia est fallacia secundum Quid. Applicatione incerta est in ijs, qui non uerè credunt, in alijs qui uerè credunt, certa est.

VIII.

Octauus Fons Argumentorum
Pontificiorum.

Fallacia causæ.

I. Obiectio.

Quilibet propriam infirmitatem & indispositionem respiciens de sua gratia formidare potest.

Ergo dubitandum est.

Seß. 6. cap. 9.

Respondeo. Addunt causam dubitationis humanam infirmitatem & indispositionem. Dicunt autem dispostos ad suscipiendam gratiam, qui sufficienter se operibus penitentiae & charitatis preparant, ut idonei & digni fiant ad accipendam gratiam. Indispositos, qui non sufficienter preparati sunt.

Postea iubent respicere quemque ad suam infirmitatem & indispositionem, ac si satis se firmos,

sa-



CONTRA DUBI. PONTI.

Si quis dispositos & dignos deprehenderint, sua
hac firmitate & dispositione sufficienti confiden-
tes certò statuere se se esse in gratia.

Econtra ubi aliquam infirmitatem, indispo-
sitionem uel indignitatem & insufficientem præ-
parationem deprehenderint, diffidentes de pro-
pria dignitate, dubitare de gratia Dei. Suffici-
enter igitur dispositis, firmis, dignis & perfectis
certitudinem gratiae promittunt: indispositis, in-
firmis, indignis & imperfectis dubitationem man-
dant. Connectunt igitur propriam dignitatem &
Dei gratiam tanquam causas & effectus. Ita ut
nostra dignitas gratiae causa, gratia autem no-
stræ dignitatis uel præparationis effectus sit. Atq;
hinc concludunt.

Digni & sufficienter dispositi possunt esse
certi de gratia.

Ergo indigni & insufficienter dispositi, non
possunt esse certi.

Dupliciter autem hac argumentatione sedu-
cunt animas. Aut enim præsumptuosos, superbos
& arrogantes efficiunt, qui propria confisi digni-
tate, Christum debito honore spoliant, ut Pharisæi,
qui æternam uitam non consequuntur. Aut pu-
filla-

DEFENSIO FIDUCIAE

fillanimes efficiunt, ut de propria indignitate
dissidentes contemptu Christi merito, in æternam
desperationem ruant. sed utraq; animarum præ-
cipitium est. Neutra autem via ad salutem dicit.
Neq; enim propria dignitas salutis certitudinem
ad fert, cum nemo posset gratia Dei dignus esse in
hac naturæ infirmitate & corruptione. Neq;
propria indignitas salutis certitudinem impedit,
cum non iubeamur propriam, sed alienam digni-
tatem & meritum respicere.

Commititur igitur fallacia cause.

Nostra dignitas, præparatio, dispositio non
est causa certitudinis. Quia in hac naturæ cor-
ruptione nemo est gratia Dei dignus, nemo potest
se sufficienter præparare proprijs viribus natu-
ralibus ad suscipiendam gratiam. Nemo potest
præstare perfectam obedientiam, perfectam poe-
nitentiam, perfecta opera caritatis. Fatetur
igitur omnes nos esse gratia Dei indignos.

i

Ac si nostra dignitas necessaria esset, nemo
iusticiam posset consequi. Quia igitur
nos indigni sumus, Deus ex immensa misericordia
alium proposuit mediatorem, qui dignissimus
Dei gratia est, cuius dignitatem nos intueri & ei-
us dignitate confidere iubemur.

Fatet



CONTRA DUBI. PONTE.

Fatemur propriam indignitatem & ad aliter
nam dignitatem confugimus, in qua nobis spes
& certa salus est proposita.

Primum legitur est fallacia causæ. Quia
non debemus nisi propriæ dignitate, nec ob pro-
priam indignitatem desperare.

2. - Est fallacia falsæ propositionis.

Nemo enim in hac infirmitate potest esse di-
gnus, & quamvis maxime indignissimus, tamen ob
id non dubitandum est.

Ideo enim Christus proponitur, ut gratiam
Dei non in nobis, sed extra nos, uidelicet in Chri-
sto queramus. Iusticia nostra non in nobis, sed ex-
tra nos posta est.

3. Argumentum potest inverti.

Quilibet propriam infirmitatem & indispo-
sitionem suam respiciens formidat.

Ergo alienam, uidelicet, Christi firmitatem
& dignitatem respiciens non formidat.

Respicere propriam dignitatem & ea confi-
dere prohibetur, ut idolatria. Idolum ex se se enim
facit, qui salutem in propria dignitate querit.

Perr.



DEFENSIO FIDUCIAE

Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxiliū tuum inquit Oseas cap. 13. Confugere autem ad dignitatem Christi summus cultus & Deo gratissimus est.

4. Antecedens concedi potest. Intuentes priam dignitatem coguntur dubitare. Quia indigni sunt. sed ob id non desperare debent. Quia in semicipsis salutem non inuenientes. ad Christum properare & in illo salutem quærere debent.

5. Proceditur à non distributo, & est fallacia secundum quid, et fallacia insufficientis enumerationis. Antecedens enim particulare est, & loquitur tantum de humana indignitate, omissa dignitate Christi, & nihilominus simpliciter atque uniuersaliter subsumit dubitandum esse. Firmitior esset consequentia, si sic Argumentarentur.

Et propriam indignitatem & Christi dignitatem respicientes coguntur formidare de sua gratia.

Ergo nulla certitudo gratiae est.
Sed hic antecedens à distributo procedens
falsum est.

6. Distina



CONTRA DVBI. PONTI.

6. Distinctione igitur vtendum & distinguendum est inter propriam & alienam dignitatem. Propriam dignitatem pleno ore confitemur. De Christi autem dignitate, quæ per fidem nostra efficitur, gloriamur & triumphamus.

Ob hanc causam Deus aliud fidei nostræ objectum proposuit, quod certum & immotum est. Quia nouit nostram infirmitatem & indignitatem. Et ideo vult fidem nostram nisi solus Dei gratia & Christi merito, quæ fallere nullo modo possunt.

Et his gratiam suam offert, qui se indignos esse confidentur.

Paulus inquit : Cum inimici essemus, placatos esse patri per Christum.

Matth. 11. Vocab ad se infirmos, oneratos, laborantes.

Esai. 42. Calatum quassatum non confringet & linum sumigans non extinguet.

Nihil igitur nos impedit infirmitas & indignitas nostra, sed impellat nos necessitas nostra.

Si nos infirmi sumus, firmus est Christus, qui fide apprehenditur, de quo scriptum est : Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Sicut enim infans infirmus forti patris manu ductus sustentatur : ita nos forti manu patris cœlestis ducti alieno robore fortes efficimur.

Bb

Tunc



DEFENSIO FIDUCIAE

Tum autem quia infirmi sumus, iubet nos cum dubitatione pugnantes fortes fieri. Confide inquit fili, Remittuntur tibi peccata, quasi dicat, Non li respicere ad tuas infirmitates, sed ad meam gratiam & confide.

2.

Quicunq; non est certus se omnia opera penitentiae & caritatis prestatissime, non potest esse certus de gratia.

Nemo potest esse certus utrum omnia illa opera prestatiterit sufficienter.

Ergo nemo potest certus esse de gratia Dei.

Respondeo, Concedunt certos de gratia Dei esse posse eos, qui certi sunt se omnia opera penitentiae & caritatis sufficienter prestatissime.

Econtra, qui non est certus se omnia praestitisse, ei dubitandum esse.

Sed neganda est consequentia & ratio est. Quia est fallacia causae. Certitudo salutis non est aligata ad nostra opera, sed ad Dei misericordiam, ad Christi meritum. Ideo nostra opera vniuer- saliter a causa efficiente, impulsiva & instrumen- tali excluduntur.

Nostra opera enim non efficiunt iusticiam. Nec propter opera datur.

Nec instrumentum sunt, quo applicatur gra- cia. Solus Deus ex gratuita misericordia largia tur.



CONTRA DUBI. PONTI.

ter gratiam & largitur propter solum Christum
& largitur per solam fidem, que sola instrumen-
tum est, quo gratia Dei & Christi meritum appre-
henditur.

Falsa igitur certitudinis causa allegatur. Non
enim sufficientia nostra opera, sed sufficiens meri-
tum Christi certitudinis causa est.

2. In maiore est fallacia falsae propositionis. Et si
enim homo non sit certus se omnia opera penitentie
& caritatis praestitisse, tamen potest esse certus
de gratia Dei. Quia certitudo nostra Christi me-
rito nascitur & in Dei gratuita misericordia. Ergo
non in nostrorum operum perfectione. Interea
homini non prohibentur opera penitentiae & ca-
ritatis, imo obligantur homines ad praestanda poe-
nitentiae & caritatis opera quantum in hac naturae
infirmitate fieri potest: Sed causa et meritum iusti-
ciae detrahuntur operibus nostris & soli Deo ac
merito Christi tribuuntur.

3. Distinguendum inter nostra & Christi
opera.

Nostra opera gratiam incertam, opera
Christi certainam efficiunt. Nostra enim imper-
fecta, Christi opera perfecta & sufficientia sunt.

B b 2

4. Proceq

DEFENSIO FIDUCIAE

4. Proceditur & hic à non distributo. Sic major constituenda erat.

Qui non est certus vel Christum vel semet ipsum perfectè legem impleuisse, non potest esse certus de gratia Dei.

Hic maior à distributo procedens falsa est. Necessaria est perfectio vel propria, quæ mercatur gratiam vel aliena perfectio, quæ imputetur ad gratiam. Propria quidem perfectione destinatum. Alienam autem nobis per gratiam imputatur atq; ob imputatam illam perfectionem Christi certi de salute esse possumus. Recte hæc includuntur syllogismo disiunctivo.

Aut propria aut aliena perfectione sumus certi.

Sed propria non sumus certi.

Ergo aliena perfectione sumus certi.

5. Maior non est complete vniuersalis, particulariter vera est scilicet de proprijs operibus. Inde non potest haberi certitudo. Falsa autem est de operibus Christi, ex quibus certitudo haberi potest. Ex proprijs enim incertitudo & ex alienis, videlicet, Christi operibus certitudo est.

3. Obiectio.

Quod infirmum & imperfectum est non potest conscientias reddere certas de gratia Dei.

Nostra



CONTRA DVBI. PONTI.

Nostra fides est infirma & imperfecta.

Ergo nostra fides conscientias nostras non
potest certas reddere de gratia Dei.

Respondeo, Maior non est completem vniuersali.
Vera est particulariter.

Quod infirmum & imperfectum est, non
potest conscientias reddere certas scilicet sua virtu-
te, tanquam causa efficiens, ut eius dignitate vel
perfectione niti possumus. Sed alia ratione potest
reddere certas, etiam si infirmum & imperfectum
sit, scilicet aliena virtute, efficacia & certitudine
obiecti, quod apprehenditur, & tanquam causa in=
strumentalis, que et si sua perfectione niti non pos-
sit, tamen id apprehendit cuius dignitate, perse-
ctione & certitudine niti queat.

In maiori igitur opus est distinctione respe-
ctuum. Inter respectus propriæ & alienæ per-
fectionis vel certitudinis. Quod imperfectum est,
id non potest nisi propria perfectione. Nisi au-
tem potest aliena perfectione & potest ratione ob-
iecti, quod apprehenditur, quod certum & immo-
tum est, certas efficere conscientias.

2. Ad minorem. Fides nostra est infirma &
imperfecta. Concedimus minorem. Est enim

B b 3 fides



DEFENSIO FIDUCIAE

fides in hac naturae corruptione infirma & imperfetta est, nec in hac natura nulla sperari perfectio potest. Manet infirmitas in hac vita & reseruatur perfectio usque ad futuram vitam. Deinde non loquimur de idea quadam perfectionis, in qua prorsus nihil sit infirmitatis, que nullis dubitationum procellis agitetur, in qua nihil sit trepidationum.

Sæpe enim fides infirmatur & languescit, nec cessat diabolus mundus & caro exercere fidem & iam his, iam illis ignitis suis telis diabolus eam cuertere conatur.

Magna erat fides in Abraham, sed non sine certamine carnis & spiritus. Quia semper caro concupiscit contra spiritum. Nec truncus erat Abraham & ἄσογός, cum mactandus esset filius.

Concedimus igitur fidem nostram (sicut omnibus alia) in hac corruptione infirmam, & imperfectam esse.

Concedimus & hoc fidem nostram non posse nisi sua perfectione & sua dignitate.

Præterea fidem non esse causam efficientem vel meritoriam, que sua perfectione certitudinem efficiat, vel mereatur.

Illud



CONTRA DVBI. PONTI.

Illud vero ex verbo Dei monstramus, fidem esse instrumentum apprehendens obiectum certum & perfectum Iesum Christum unicum nostrum mediatorem, qui nobis ideo propositus est, ut fide apprehensus causa salutis nostræ fiat.

Certificat igitur conscientias non propria, sed aliena perfectione. Non tanquam causa efficiens, sed tanquam instrumentalis. Sicut enim manus mendici etiam si infirma & scabiosa sit, tamen nihilominus eleemosynam apprehendens instrumentum est, quo eleemosyna à mendico accipitur & certus est mendicus, se accipere beneficium, non quod manus satis digna, firma & perfectè sana sit, sed ideo quia certum apprehendit beneficium: Ita etiam si nostra fides instrumentum infirmum & imperfectum sit, tamen nihilominus certum beneficium à Deo propter Christum per Spiritum sanctum oblatum, accipit.

Valet igitur fides ratione instrumenti, non ratione efficientis. Et certas efficit conscientias ratione obiecti, quod intuetur, illud enim certum & immotum est, non ratione proprie perfectionis. Atq; eatenus distinguendum quoq; est inter efficientem & instrumentalē. Inter instrumentum & obiectum quod apprehenditur. Inter fidem, quæ apprehendit, & Christum, qui apprehenditur.

DEFENSIO FIDUCIAE

Deinde discernenda sunt à fide accidentia quædam. Illæ enim dubitationes, trepidationes, infirmitas, imperfectio non sunt de natura fidei, sed sunt defectus & pugnantia, quæ tamen in hac carne prorsus exui non possunt. Accedunt per accidens propter naturam corruptam. Si natura integra esset, nihil tale infide desideraretur.

Et quia hæc non de natura fidei, sed pugnantia & defectus aliqui sunt, ideo docendi sunt homines, ne dubitationibus indulgeant, sed ut contra dubitationem eluctentur ad certitudinem, nuc fidem sibi excuti patientur. Ideo Deus verbū & sacramenta instituit, in quibus exerceatur & quibus confirmetur fides, ut magis magisque crescat & augeatur. Ideo ardenter Deus inuocandus est, ut fidem nostram quamvis infirma sit, excite & augeat, ut ille inquit: Credo Domine, sed in credulitatem meam adiuua.

Ostendunt autem exempla non repudian fidem proter infirmitatem vel imperfectionem dum modo obiectum, videlicet Christum apprehendat.

Ita ille et si fidem suam infirmam fatetur, tandem exauditur & rem maximi momenti impetrat.

Et



Et scriptum est : linum sumigans non ex-
tingues.

Hinc intelligi potest Maiorem non comple-
tè vniuersalem esse. Proceditur igitur ex puris pa-
rticularibus & committitur fallacia consequentia.
Quia ex puris particularibus nihil sequitur.

2. Medius terminus est ambiguus, nam in ma-
iore sic accepi potest : Quod infirmum & imper-
fectum est, non potest conscientias reddere certas
scilicet respectu propriæ perfectionis. In mino-
re fides est infirma et imperfecta, sed nititur aliena
perfectione, videlicet perfectione obiecti, quod in-
tetur.

Ideoq; respectu obiecti conscientias reddit
certas.

Nam ut sepe iam dictum est. Fides non ut
qualitas, sed ut relatiuum valet. Committitur iga-
tur fallacia equiuocationis.

3. Fides infirma est, non sua natura, sed ratio-
ne accidentis propter corruptam naturam. Distin-
guae igitur est inter naturam & accidentia fidei.
Inter per se & per accidens. Estq; fallacia acci-
dantis.

4. Est fallacia insufficientis cause. Et si enim
fides infirma sit, tamen ob eam causam non tollitur
certitudo.

DEFENSIO FIDUCIAE

certitudo. Quia non fidei nostræ perfectio, sed im-
mensa Dei misericordia & Christi meritum, quod
sufficiens & perfectissimum autem est pro pecca-
tis, vera certitudinis nostra causa est. Illo funda-
mento fides nascitur. Manet igitur certitudo, etiam si
fides imperfecta sit. Quia salus non propter fi-
dei perfectionem, sed propter Christum certa est.

6. Hac certitudine non est abutendum ad secu-
ritatem Epicuream, quasi licet iam abuti Dei
misericordia & beneficijs Christi, quasi non relabi-
possint ex gratia in eternam damnationem. Ideo
simil docendi sunt homines, ut vivant in timore
Dei, in perpetua invocatione, in exercitijs fidei, &
ut praestent fructus fidei, ne excutiant Spiritum
sanctum.

Prædestinaturum hæresis fuit, prædestinatos
ad salutem non posse excidere ex gratia. Econtra
prædestinatos ad damnationem, nulla ratione pos-
se saluari. Ideoq; honestatem ritæ frustraneam
esse iudicabant.

Hæc opinio impia est ex honestis moribus
noxia. Potest enim per impoenitentiam amitti gra-
tia & excuti Spiritus sanctus.

7. Nec talem certitudinem docemus, quæ amis-
so Spiritu sancto maneat, Sed certa est salus, ubi
fide



C O N T R A D V B I . P O N T I .

fide apprehenditur. Vbi fides non est : ibi nulla salus est. Quicunq; igitur in fide perseverant, illi certò salvantur. Qui ex fide excidunt et non conuertuntur, illi gratiam amittant. Ad uniuscum hoc medium se Deus alligavit, ut credentibus certò communicet remissionem peccatorum et econtra incredulis deneget.

4. Obiectio.

Multa sunt peccata ipsis etiam peccatoriis usq; adeo occulta, ut illa internoscere nulla modo possint.

Ergo nemo potest certus esse de salute.

Respondeo, Antecedens verum est. Multa sunt peccata nobis ignota et nemo est, qui omnia sua peccata et eorum magnitudinem satis considerare posse. Ideo Psal. 18. dicitur : Peccata quis intelligit ? quasi dicat, tanta est peccatorum et multitudo et magnitudo, ut nullius hominis sensus eius atrocitatem et numerum assequi possit.

Sed inde non sequitur salutem incertam esse. Non enim tantum nota peccata ignoscuntur, sed etiam ignota et occulta. Ideo Psal. 18. dicitur. Ab occultis meis munda me, quibus verbis Propheta non tantum eorum peccatorum, que nota erant, remissionem petit, sed etiam occultorum. Et Iohannes dicit : Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni pecca-



DEPENSIO FIDUCIAE

peccato. Si vniuersaliter ab omnibus. Ergo non tantum à notorijs, sed etiam ab occultis peccatis emundat. Et in oratione non dicimus: Remitte nobis debita nota: sed in genere de omnibus peccatis precamur: Remitte nobis debita nostra. Et stulta esset precatio, si quis tantum notorum peccatorum remissionem peteret & ignota non remittat. Promittit Deus omnium remissionem peccatorum. Cur igitur stulti promissionem iherusalem ad nota peccata tantum restringere vellemus? Est igitur fallacia cause. Multa sunt peccata occulta, sed ea gratiam Dei immensam & ineffabilem non impediunt, quo minus illa etiam remittat Deus.

2. Reprehendendus est error Pontificiorum qui opinantur nulla occulta peccata remitti nisi primum agnoscantur. Inde & peccatorum enumeratio sub Pappatu necessaria iudicata est, quod confidentem ab illis tantum peccatis absolui docerent, quæ in confessione enumerantur. Alia autem peccata reseruari & non remitti.

Deinde cum quis maximè sese peccatorum enumeratione cruciasset, tamen dubitationis scrupulum in ecerunt, affirmantes tot esse peccata, ut nemo sufficienter scire posset, an aliquo occulto criminis



CONTRA DVBI. PONTI.

mine esset implicatus & quia nemo id satis scire posset, etiam de gratianon posse esse certum.

Ita denuo Deum ad sua opera, ad sufficientem peccatorum cognitionem & ad integrum eorum enumerationem alligantes, dubitandi ausam afflictis conscientijs præbebant. Huc & error de sufficienti contritione. Ea ratione sufficiens peccatorum cognitio, enumeratio & contritio fierent cause quædam remissionis peccatorum.

Sciendum est autem sufficere ad omnium peccatorum notorum & ignotorum remissionem, si quis certo stituat omnia sibi peccata gratis & ex gratuita misericordia propter Christum condonari.

5. Obiectio.

Renatus potest labi.

Ergo non potest esse certus de gratia.

Seß. 6. cap. 12. Hæc ratio assertur, quod iustificatus denuo possit peccare. Et ob eam causam incertam esse salutem. Huc & illud, quod capite sequenti de perseverantiae numero adjiciuntur.

Soli perseverantes usque ad finem, salvantur.

Nemo certus est se perseveraturum usque ad finem.

Ergo



DEFENSIO FIDUCIAS

Ergo nemo certus est se saluatum trist.

Deinde minorem probant, Quod perseuerantia sit munus seu donum Dei & quod non consistat in potestate hominum. Deus enim operatur & perficere.

Respondeo, Manifestum est posse renatos labi ex excidere gratia, sicut multa exempla docent. Non est dubium Iudam renatum fuisse & habuisse Spiritum sanctum & etiam miracula fecisse. Nihilominus relapsus est in peccatum & in desperationem. David grauiissime peccat committens homicidium & adulterium. Salomon horribiliter labitur.

Deinde multa sunt dicta scripturæ quæ idem testantur. Rom. 11. Si permanerint in bondate Dei.

Hebreæ. 3. Modo fiduciam retineant usque ad fidem. Hæc testimonia & exempla ob oculos ponuntur, non ut sint exhortationes ad dubitationem, sed ut inducentur homines ad seriam poenitentiam, ad timorem Dei, ad ardorem invocationis, ad vitandam securitatem et peccata atrocias contra conscientiam, quibus Spiritus sanctus excutitur & gratia Dei amittitur. Qui iam his exemplis & scripturæ testimonijs moti in perpetua poenitentia perseverant & a Deo perseverantie donum petunt, ut in fide conseruentur & ab omnibus peccatis



CONTRA DVBI. PONTI.

peccatis contra conscientiam, quantum in hac na-
turæ infirmitate fieri potest, abstineant, hi certi
debent esse de gratia, sicut Philip. 1. dicitur: Qui
coepit in vobis, perficiet usq; in diem Iesu Christi.
Vocati enim sicut ad consortium Christi sempi-
ternum. Et Christus dicit: Nemo rapiet eos de
manu mea. Et 1. Corinth. 1. Confirmabit vos usq;
in finem in die aduentus Domini. Ita David in-
quit: Non confundar in aeternum.

2. Timo. 4. *Reposita mibi est corona iusti-
cie, quam reddet mibi Dominus in die illa.*

Iohannes. *Scimus cum apparuerit, quod si-
miles ei erimus.*

Rom. 8. *Quis separabit? certus sum enim
quod neq; presentia, neq; futura nos sepa-
bunt.*

Certi igitur illi sunt de gratia.

Econtra impenitentes, qui à Deo deficiunt
et peccata contra conscientiam committunt, qui
non veris gemitibus à Deo perseverantie donum
petunt, sed ex uno scelere prouoluuntur in ali-
ud, hi certi debent esse, non quidem de gratia Dei,
sed de ira Dei et aeterna damnatione, nisi seriane
penitentiam egerint.

Sic



DEFENSIO FIDUCIAE

Sic igitur certitudo intelligenda est, non quod omnes saluentur, qui aliquando obiter vel languide ac frigidè verbo promissionis assentiri cœperunt, sed quod illi certi sunt, qui veram fidem consecuti constanter in ea perseverant.

Econtra quì sunt sine fide, vel qui fidem peccatis atrocibus excutiunt, hi tam de damnatione, quam illi de salute, certi sunt.

Christus est fundamentum certitudinis. Et certitudo illa communicatur omnibus credentibus & adimitur incredulis.

6. Obiectio.

Excommunicati non saluantur.

Credentes à Pontifice Romano excommunicantur.

Ergo credentes non saluantur.

Respondeo, Est fallacia cause. Excommunicatione Pontificis non est sufficiens causa damnationis.

Deinde distinguendum est inter excommunicationem ordinatam & inordinatam. Inordinata Pontificis excommunicatio nemini in Christum credenti obest.

Vocati

CONTRA DVBI. PONTI.

7. Obiectio.

Vocati sumus in spem gloriae & nondum sumus in gloria.

Ergo adhuc incerti sumus.

Ponitur seß: 6. cap. 13.

Respondeo. Non est concio de dubitatione, sed monemur certam nobis propositam spem esse & debere nos eniti, ut in illa spe perseveremus, donec ex hac vita ad eternam consuetudinem evocemur.

8. Obiectio.

Versamur adhuc in pugna cum carne Dia= bolo & Mundo.

Ergo incertum est utrum sumus in gratia.

Seß. 6. cap. 13.

Respondeo. Est admonitio ad uitandam securitatem, non exhortatio ad dubitationem.

9. Obiectio.

Impossibile est nosse uoluntatem Dei erga nos, iuxta dictum: *Quis consiliarius eius fuit?*

Credere quod habeas remissionem peccato= rum.



DEFENSIO FIDUCIAE
rum, est aliquid affectuare de uoluntate Dei e-
ga nos.

Ergo hæc affirmatio est impossibilis.

Maior probatus ex dicto: Quis consili-
arius eius fuit. Resolui potest in hoc Enthymea-
ma.

Nemo fuit consiliarius Dei.

Ergo nemo potest scire uoluntatem Dei.

Respondeo. Neganda est consequentia, &
ratio est. Quia est fallacia insufficientis cause:
Etiam si enim nos Dei consiliarii non fuerimus,
tamen nihilominus uoluntatem eius retinellam sci-
re possumus. Concedimus nos Dei consiliarios
non esse & Deum non egere nostris consilijs. Quia
sapientia eius est infinita. Rationis autem nostræ
consilia stultissima sunt, præserium in yis quæ ad
salutem spectant.

2. Concedimus hoc etiam nos nullo modo ex
rationis nostræ consilijs consequi sapientiam il-
lam Dei posse, quæ ad salutis rationem necessaria
est. Agnoscimus uero nostræ naturæ corruptio-
nem, infirmitatem, inscitiam, stulticiam.

Graa

CONTRA DVBI. PONTI.

Gratias uero Deo agimus, quod nobis misericordia peccatoribus infirmis & stultis ex immensa bonitate consilia sua de impetranda gratia Dei reuelarit.

Ex ingenita igitur nostra stulticia Dei consilia de salute eterna ignoramus. Ex reuelatione uero, quae in uerbo Euangeli proponitur, sapientissima Dei consilia omnem humanum captiuum superantia cognoscimus.

Non igitur sequitur. Nos non sumus Dei consiliarij. Ergo uoluntatem eius non scimus. sed utrumque uerum est.

i. Nos non sumus Dei consiliarij, nec nostris consilijs egit.

ii. Scimus uoluntatem Dei. Quia cum filius Dei consiliarius noster sit. Es. 9. Ex sinu eterni Patris reuelauit nobis uoluntatem Dei & decreum sacro sancte Trinitatis. Et quia nobis uoluntatem suam reuelauit, non est nobis impossibile scire reuelatam Dei uoluntatem.

DEFENSIO FIDUCIAE

p. Distinguendum est inter uoluntatem Dei
reuelatam & arcanam.

Arcanam uoluntatem ignoramus.
Reuelatam autem scimus.

Impossibile est scire uoluntatem Dei arcana-
nam & non reuelatam.

Possible autem est scire uoluntatem reuela-
tam.

Maior prioris Argumenti intelligi potest de
uoluntate arcana. Minor intelligenda est de
reuelata. Quia credere est affirmare aliquid de
uoluntate Dei reuelata, non de arcana.

Ergo de alia loquitur maior, de alia minor,
& committitur fallacia æquiuocationis.

Fides non deducit nos ad arcanae uoluntatis
inquisitionem, sed nimirum reuelata Dei uolunta-
te, quæ in promissione Euangelij luculentissimè
proponitur uerbis tam claris, tam illustribus, ut
uel sole meridiano clarus sit, quæ Dei sit de sa-
lute nostra uoluntas.

Cur igitur ad dubitationum præcipitia abri-
pi nos patiemur? Credamus potius ueracissimo
& immutabili Deo & uerbo eius, quod certissi-
mum



CONTRA DVBI. PONTIFI.

mam Dei gratiam omnibus in Christi meritis
confidentibus promittit, & non patiamur ullis
Diabolorum technis & aduersariorum futilibus
ratioincationibus, quæ cum uerbo Dei pugnant
ab hac firmissima Petra, quæ in Christo Iesu pro-
posta est, abduci, sed perseveremus in fiducia
misericordiae diuinæ & certo statuanus nos per
Dei gratiam & per meritum Iesu Christi hære-
des uitæ æternæ futuros, & in omni æternitate
cum sanctis Angelis & omnibus Patriarchis,
Prophetis, Apostolis, Martyribus & alijs, qui in
vera fide deceperunt, Deo pro immensis suis be-
neficijis gratias acturos, cumq; sine fine celebratu-
ros, quod ut fiat, Deum ardentibus uotis preca-
mus.

Tantum de aduersariorum Ar-
gumentis.

Explicata iam sunt quæ initio
proposueram.

1. Quæ sit sententia de dubitatione, uidelicet
quod de gratia Dei dubitandum sit.
2. Quæ nostra sit sententia, uidelicet quod non
sit dubitandum. Quod credens certo statuere
debeat, se uere esse in gratia.

DEFENSIO FIDUCIAE

3. Causæ, cur Pontificij tantopere dubitationem tucantur. Collapso enim hoc dogmate, necessarium est totum regnum Pontificium correre.

Vbi enim certò statuitur credentem esse in gratia, non est opus cultibus istis humana audacia excogitatis, quibus regnum Pontificium tanquam columnis nititur. Collapsis autem istis columnis, frigescit culina Pontificiorum & minuantur redditus.

4. Argumenta quibus dubitationem conantur suffulcire.

5. Argumenta nostrarum Ecclesiarum pro stabilienda fiducia & pro euertenda dubitatione.

6. Confutatio obiectionum, quibus nostram doctrinam expugnare, suamq; propugnare conantur.

Dcum oro, ut in puritate doctrine clementer nos conseruet, & hostes veritatis potentiam eu reprimat. Amen.

F I N I S.



tion
ne
uea
in
acia
iam
nis,
re
tuz
ora
ne,
am
ma
nra
4a

TEMPS
REPVRGATÆ
ECCLESIAE METROPO-
LITANAE IN ARCHI-
episcopatu Magde-
burgensi.

ANNO 1567. Dominica prima
Aduentus inchoata est repurgatio
Ecclesie Metropolitanae in Archiepi-
scopatu Magdeburgensi.

Fuerunt autem primi, qui hanc re-
formationem cum consensu Illustrissi-
mi Principis Joachimi Friderici, Ad-
ministratoris Magdeburgensis Archi-
episcopatus, inchoarunt, uiri nobilita-
te, pietate & virtute præstantes:

Christophorus à Mollendorff De-
canus.

Albertus Kracht senior, qui octo-
genarius senex pie in Christo obdor-
miuit Anno 1569. 5. Februarij.

Cc 4 Li-



Liborius à Bredauu Canonicus &
Thesaurarius Magdeburgensis, & Prae-
positus Brandenburgensis, qui & ipse
Anno 1569. 30. Martij in Christo ob-
dormiuit, cum uix uno anni quadrante
Senior fuisset.

Franciscus à Königsmarck Scho-
lasticus, hoc tempore Senior factus
est.

Andreas ab Holtzendorff.

Iohannes à Randaau.

Vuernerus nobilis à Plato.

Iohannes à Bothmar.

Georgius à Plato.

Iohannes à VVerdern.

Vuichardus à Bredauu Camerari-
us, Praepositus Hauelbergensis.

Leuinus à Schulenburgk.

Busso à Britzen.

Hoc tempore accessit Ioachimus à
Rintorff.

Vocatio Ministrorum Euangelij
communi omnium consensu facta est.
Demandata autem fuit Clarissimo ui-
ro Fabiano Klee Syndico.

Di-

Dimissi sunt à Magistratu cum consensu Ecclesiæ & Ministrorum ueteris Ciuitatis. In die Catharinæ, quo Iudas Maccabæus Ierosolymis Encœnia celebrasse creditur, à toto ministerio Magdeburgensi in Templo Vdalrici post ordinationem Dominis Canonicis commendati sunt.

Dominica prima Aduentus à quibusdam Consulibus, Doctoribus, Scholæ præfectis, Ecclesiæ & Scholæ Ministris è Schola ad Templum cathedralē deducti & a Syndico & Secretario introducti sunt. In Templo à Decano & Canonicis excepti & primum ad Cathedram deducti & publicè coram omni populo pura Euangelijs predicatione secundum scripta Prophetica & Apostolica, sicut in Augustana confessione compræhensa est, per R.D. Decanū circumstantibus cœteris Canonicis demandata est.

II. Adductis in Chorum ad Altare legitima Sacramentorum administratio mandata est.

Cc 5 De-



III. Deductis ad locum, ubi confe-
siones audiuntur, claves Ecclesiæ iuxta
institutionem Christi usurpanda tradi-
tæ sunt.

His peractis inchoata est Cantio:
T E D E V M L A V D A M V S.

Subsecutum officium & Concio de
ingressa Christi & repurgatione Tem-
pli Ierosolymitani & addita admoni-
tio de ingressu Christi in hoc Templum
spirituali per ministerium uerbi & Sa-
cramentorum, de repurgatione nostri
Templi ab omnibus Idolomanij Pon-
tificijs, & quod nunc ex spelunca la-
tronum Domus precationis efficere-
tur, &c.

Post Concionem cœna Dominica
iuxta Christi institutionem inchoata
est.

Et cum Deus uelit eos dies cele-
bres esse, quibus singularia beneficia
exhibuit, eo die quotannis Encœnia
celebramus, gratias Deo agentes
quod



quod hoc Templum ab omnibus ido-
lomanis repurgatum Domini preca-
tionis effecerit.

Et in perpetuam rei memoriam au-
reis literis hæc uerba prope Chorum
scripta sunt :

ANNO DOMINI 1567. DO-
MINICA PRIMA ADVEN-
TUS, REPVRGATVM EST
HOC TEMPLVM CATHE-
DRALE, ET INCHOATA
PVRA EVANGELII PRAE-
DICATIO ET LEGITIMA
SACRAMENTORVM ADMI-
NISTRATIO, EXPLOSO
ANTICHRISTO. VENI,
AVDI, ET VIDE.



CORRECTVRA.

Reuendis lege Reuerendis a. 4. diametro.
diametro. b. 3. misericordiae. misericordia b. 4.
ministerio.mysterio b. 5. huiusmodi. c.3. niti-
tur.c. 5. concludunt. contendunt c.6.b. Quo-
tidianæ c.8.. permulta permulta c. 8. b. uo-
calibus uocabulis ibid. τεποιχισ τεποθνατι-
c.6. affectus effectus d s. Zachariae e 1.
dubitatem e 2. gratuitæ gratuita e 3. opor-
tere e 8.b. caritatis caritate f. 1. filium filij f
4. ipse ipsa f 7. certa. certa fides f 8. cum
certa.cum certam ibid. incedisses incidisses g 2.
gratis gratias g 3.b. mereti meriti ibid. clas-
mat clamet g 8. euangelistas ibid. b. hac im-
becillitate, in hac imbecillitate h 2. natura b 3.
Hæc est, Hæc & similia b 6. possunt, possum b 8.
erge, ergo k 2. uociferantur ibid. b. in inuo-
catione k. 4. confidit k. 8. transferunt l 1. mo-
dice modicæ m 2. si fides nulla, nulla omittatur
m 4. dubitatio n 1. Misericordia n 8. qui di-
cat, quasi dicat o 1. ipsi o 2. immundiciem
ibid. Erga, Ergo o 3. peccata ibid. condi-
cione, ibid. sed seu ibid. Vbi ibi o 5. incre-
dulitatis o 6. ne in alijs, ne omittatur ibid. du-
bitationem o 7. Et Romanam, et omittatur ibid.

Tri-



Tridentina ibid. b. assentiendum, o 8. Geom
etria ibid.b. conuincunt s 1. Pontificos Pon
tificios s 6. sufficiendam suscipiendam t 1. du
bitandum t 2. Scrutarit 7. reuelatam t 8. In
ut certò statuat t 8. causa ibid. pusillanimi
tate v 1. Dci, ad Dei misericordiam v 3. con
uenit v 6. secundum x 2. seruantur x 4. uox
æternax 3. dubitatione ibid. Quoniam, Quo
modo z 1. diuitez 6. paterz 7. falsa est,
vera est bb 2. securitatem bb 7.



*et exige
attire le
lions et dic*





AB: 67 $\frac{10}{b,4}$

ULB Halle
003 641 678




3

5b.

183.





quasi ē ccelo intonet in illorum auribus.

*Esa. 52.13. Secedite ab illis, exite, ne pollutam rem attingite exite
ab illa, mundamini.*

*Ierem. 51.6. Fugite ex Babylone & quisque vita sua consulat, ne
deleamini in iniustitate eius.*

Apoc. 18.4. Exite ab illa, popule mi, ne contaminetis vos in eorum

peccatis, ne eius plagas recipiatis.

*2. Cor. 6.14. Ne impari iugo copulemini tū infidelibus, quod enim
consortium iustitiae cum iniustitia, & que communio lucis
cum tenebris: & que concordia Christo cum Belial: aut
que pars fideli cum infidelis: & que confessio tēplo Dei
cum simulachris? Nam vos templum estis Dei uiuentis,
sicut dixit Deus habitabo in eis & in ambulabo, & ero
in orio Dæni, & ipsi erunt mihi populus. Quapropter exi-
te ē medio eorum & separamini dicit Dominus, & im-
purum ne attingite, tum ego excipiam vos. Et ero vobis
pater, & vos eritis mihi filii ac filia, dicit Dominus O-
mnipotens.*

*Psal. 16.4. Multiplicant sane idola sua, cupide sectetur alienum,
ego tamen non libabo libanina eorum qua sunt de san-
guine, neque assumam nomina eorum in labia mea. Ie-*

DE ACADE²
MICA PONTI=
FICIORVM DVBITATI CNE
IN NEGOCIO IVSTIFICATIO-
NIS, quæ omnem euertit FIDUCIAM
nitentem certissima promissione di-
uina & meritis Iesu
Christi.

CAPIT A L I-
BELLIVERSA PA-
GINA INVENIET
pius Lector.

SIEGFRI D V S

B.I.G.

